

1715

1. Haken, Aristotelianus Albatrus: De Camerae imperii vintage
tunc novissima et ita, quae eo pertinent.

2. Rheden, Casparius, a: De momento.

1716.

1. Mierius, Henricus: De iudicio banuitario, apud nos
sive Beschreyung.

1717.

1. Rheden, Casparius, a: De factis illicitis naturae,
quatenus nocet dominis morum.

2. Rheden, Casparius, a: De immutabilitate juris naturae
variarumque objectionum resolutione

3. Rheden, Casparius, a: De loco delicti.

1720

1. Rheden, Casparius, a: De differentiis juris statutaris
Præmensis et juris Romani circa successiones
ab intestato.

1722

1. Rhoden, Casparus, a: De praesidio auctoritatis, quatenus illud per omnes scientias omnesque hominum status dominium suum exercet.?

1724.

1. Berens, Franciscus: De vi et efficacia iurijurandi supplementi sec. l. 31 ff. de iurjur.

1728

1. Klingkistler, Martinus: De auctoritate legum Romanarum in iuris prudentia publica. Oratio, ... cum ord. jur. professionem ... auspiciatur

1730

1. Tilemannus, Johannes Antonius: De reventione pignoris ob aliud delictum chirographarium. ~~sec. l. 1.~~

1731.

1. Bieri, Franciscus: Resolutio duhorum circa successio nem in rebus occasione certaminis inter state. bazarum et Norhem.

1736.

1. Lockner, Jacob Hieronymus : De coloniis scientiarum

1741.

1. Schroeder, Tobi : De liberis haereditatis institutis,
et fideicommissis universali gravatis, praeter legitimam,
Tribullianicam detrahentibus.

1743.

1. Schaene, Johannes : De differentiis juris statutorii
Bremensis et juris Romani circa praescriptiones.

1748

1. Lampert, Hieronymus : De Marco Coccejo Nerone
Romae. Impus.

1771
 1. *...*
 1772
 1. *...*
 1773
 1. *...*
 1774
 1. *...*
 1775
 1. *...*
 1776
 1. *...*
 1777
 1. *...*
 1778
 1. *...*
 1779
 1. *...*
 1780
 1. *...*









J. N. num. 7.

7

Q. D. B. V.

~~97~~

5

**IMMUTABILITATEM
JURIS NATURÆ,**

1717/2

Variarumque objectionum resolu-
tionem,

P R Æ S I D E

V I R O

Nobilissimo, Consultissimo, & Celeberrimo

D O M I N O

CASPARO à RHEDEN,

J. U. D. Ejusdemque Facultat. Pro-
fessore P.

Doctore atque Ductore studiorum suorum
Ad bustum cineresque
Venerando,

*Eruditorum examini, placidaque disquisitioni
submittit*

Responsurus Auctor

HENRICUS KULENKAMP,

Bremensis,

Ad diem Martis XX. April. An. M. DCC. XVII.

H. L. Q. S.

P. 25.

BREMÆ,

Typis HERMANNI BRAUERI, Illustr. Gymn. Typogr.



Viris ac Dominis

*Generoso Perillustri & Excellentissimo
Domino,*

Dn. FRIDERICO EMANUELI
à KOETZSCHAU,

Illustrissimi

Regii Ordinis Danebrogici Equiti
Splendidissimo,

Sacratissimæ Regiæ Majestatis
Daniæ Norvegiæ &c.

Confiliario Intimo, Gravissimo,
Supremo Pomeraniæ Præfecto Vigilantissimo.

Quondam

Serenissimæ Reginæ Matris Viduæ

CAROLÆ AMALIÆ,
Gloriosissimæ Memoriae

Supremo Aulæ Mareschallo

Jcto Consummatissimo.

Mecænati æterno cultu & honore
Venerando.

Generoso
Perillustri & Excellentissimo Domino,
Dn. FRIDERICO DE GRAM,
Illustrissimi Regii Ordinis Danebrogici
Equiti Splendidissimo,
Potentissimi Serenissimique Regis
Daniæ Norvegiæ &c.
Consiliario Status Gravissimo,
Prafecto rei venatoriæ Aulico Vigilantissimo.
Mecanati & Patrono suo
Omni Obsequio Prosequendo,
Nec non

Nobilissimo atque Consultissimo
Dn. MICHAELI KULENKAMP,
Sacratissimæ atque Potentissimæ Regiæ Maj.
Borussiæ, Consiliario Aulico,
Et Regiminis in principatu Halberstadiensi
Isque
Annexis Comitatibus Hohen- & Reinsteinensi &c.
Meritissimo
Jcto Confirmato
Patrueli Devenerando,
Patrono studiorumque suorum Promotori,
Magno & quovis observantiæ Studio suspiciendo.

*Hasce studiorum primitias, annexo omnigena florea-
tissimaque felicitatis voto, devota humillimaque
mente, in tesseram omnium beneficiorum, & ut se
Tantum Vivorum favore siferet haud indignum,
sacras facit*

Auctor,

Ut &

Viris Laudatissimis & Integerrimis

Dn. HERMANNO KULENKAMPF,

Dn. ARNOLDO MANUEL,

**Dn. JOHANNI CONRADO
STUBBEMAN,**

Negotiatoribus florentissimis felicissimis,

Civibusque maxime conspiciis

Avunculis Cognatis Matruei,

**Omni amore & honore perpetuo
Excipiendis,**

Fautoribus atque Patronis

Debitis officiis nunquam non prosequendis.

*Hoc quaecumque laborum suorum
specimen, ea qua par est,
reverentia*

Offert & Inscribe

Auctor.

Se&.I.



Sectio I.

Continens præliminaria de existentia Dei
& Juris Naturæ.

§. I.

Densissimis is sane esset ignorantia sed ut veritas Deum esse
cam pertinacia & impietatis tenebris obrutus & probatur.
suffusus, & in maximæ totique orbi notissimæ
rei ignoratione versaretur, qui existentiam Dei
negaret. Nam ut eleganter canit Owenus *Lib.*

2. epigr. 16.

Inspiciens in corde suo non est Deus inquit,

Dixit, at hoc nullus credidit inspiens.

Inspiciens negat esse Deum, si nemo? quis ergo

Atheus est? nullum qui cupit esse Deum.

§. II. I. Omnium enim hominum cordibus insita est, r. *Ex insita*

(licet illa non semper adsit, sed sufficit eam semper formari, de Deo
vel potius attendendo in se inveniri posse) quædam notitia de *notitia.*

Deo, tanquam Ente summe perfecto. Omnes enim quoties
usus & occasio fert, de Deo cogitare, hoc est de Deo sibi no-
tionem quandam & certum de Ipso cogitandi modum &
formam, sive moniti atque excitati, sive sua sponte animis
suis contemplandum sistere Ens summe perfectum, summe
intelligens, independens ac summe potens possunt. Imò
cum de Deo dubitamus, aut Eum negamus, Dei quandam
notitiam sentimus, dum Eum separamus ab omnibus aliis re-
bus, & sic conceptum nobis de Eo formamus. Quod fieri
minimè posset, nisi ipsam rem per certam cogitationis for-
mam sibi quisque repræsentare atque ab omni alia discerne-
re, hoc est, nisi elicere ex se ipso de Deo notitiam posset.
Hæc ergo notitia hominibus innata est, nam merito innatum
menti hoc dicitur, quod vi quadam naturæ suæ elicit ex se-
ipso, & in seipsa quoties attendit, reperit, Imò non est ho-
mini

A

mini liberum notitiam de Deo, hoc est de Ente perfectissimo mutare pro lubitu. Ita enim facti sumus, ut Ens perfectissimum demum illud sit, quod nullo vera perfectionis laborat defectu, & in quo nulla sit ullius perfectionis limitatio. Clar. Roell. *dissert. de relig. nat.* §. 34. Gundling. *Via ad verit.* P. 2. C. 7. §. 16. Celeb. Baddeus in *phil. pract.* P. 2. C. 4. Sect. 2. §. 7. §sq. add. omnino Idem de *Atheismo & superstit.* C. 5. §. 1. § ad eum not. 2. pag. 360. §sq. vid. etiam late disp. Clar. Joh. Eberh. Schweling. de *convictione Atheorum de existentia Dei per Ejus mentibus suis impressam ideam*; & Osiander de *Deo in lumine N. demonstrato.* Si itaque Athei, & qui illis hac in re suffragantur, attendere ad seipos, & quæ in mente sua ipsimet deprehendere possent, observare vellent, profectò facile de rei hujus veritate convinci possent.

2. Ex conscientia.

§. III. Maxime 2. si validissimum propriæ cujusvis conscientia omnium cordibus indita testimonium adjungas. Mediante enim conscientia homines bonitatem aut pravitatem actionum suarum agnoscunt, & convenientiam cum certis agendi regulis vel legibus judicant. Budd. *ph. pract.* P. 1. C. 2. Sect. 1. §. 12. Sic ut illa homines ob improbe facta, de Deo ceteroquin non cogitantes, ipsos etiam Atheos damnet, & merum hinc atque terrorem incutiat, vid. ad Roman. 2. vs. 14. §sq. Hac ergo dispositio & facultas universalis auctorem requirit, qui non est homo, dum non totam mentem, ergo nec partem, ut sic dicam, vel rectius certam facultatem mentis sibi infudit, & indidit, sed illa ex facto solius Dei, ut causæ universalis nata est. Imò notitia legis esse nequit, sine notitia legislatoris, qui transgressores punire potest. Vid. Clar. Budd. de *Ath. & superstit. all. l. pag. 362.* Conscientia autem varias species vide apud Puff. de *J. N. Lib. 1. C. 3. §. 4. §sq.* & de *O. H. & C. L. 1. C. 1. §. 4. §sq.* Perill. Thom. *spr. div. L. 1. C. 1. §. 56 §sq.* Budd. *ph. pr. P. 1. C. 2. Sect. 1. §. 12. §sq.* P. 2. C. 2. §. 18 §sq. Beyer *delin. spr. N. & posit. univ. præcogn. C. 3. §. 7. § C. 3. §. 10. §sq.*

3. Ex humana mens est,

3. Præterea mens sive voluntas hominis ita comparata est, ut ad certum quendam finem tendat, & bonum aliquod appetat.

appetat, in quo felicitatem quarit, & in quo se quietam & tis ad cor-
tranquillam exillimat, Beyer *all. tr. C. 2. §. 1. § seqq. §. 25. tum finem*
§ seqq. Unde non inepte canit Owenus *Lib. 2. epigr. 47.* propensio-

Fallor an à verbo nomen trahit Optimus, opto:

Optat enim sapiens optima quisque sibi.

Jam vero nihil est in universo orbis theatro, quod hominum
desideriis animisque eorum immortalibus cupidatibusque sa-
tisfacit. a) Omnia enim terrestria sunt instabilia, & variis
suis mutationibus obnoxia, imò inter peritura vivimus. Ni-
hil enim est opera aut manu factum, quod non aliquando con-
sumat ac conficiat vetustas, teste Cicer. *in Orat. pro Marcello:*

Omnia mutantur & nos mutamur in horas.

& secandum Owenum *Lib. 3. epigr. 171.*

Tempus edax rerum, nos & terit omnia tempus,

Nos terimus tempus, jam sumus ergo pares.

Add. Joh. Neandri *anagr. dec. 14. anagr. 5.* Ast hæc omnia adeo
nota, ut nullius scientiæ subtracta sint, nisi hospitis in mun-
do, & experienciâ confirmantur. Quis ergo sedem stabilem
in instabili figeret? Quis mentem laceraret, ut fixa in peritu-
ris quarat? Quis animi desideria profunderet, ut caduca obti-
neat? Nisi cum Tantalo aquas in aquis quærere, & poma su-
gacia captare velit, certissimo indicio, in his terrenis ani-
mum acquiescere non posse. b) Licet quis honore & di-
gnitate radians, divitiis superfluens, voluptatibus immerfus
in omni apparatu laute & secure vivens, fortunam quasi clä-
vo parieti adactam teneat, nihilominus mens ipsius his re-
bus haud contenta, ad altiora tendit, & desideria ipsius in
iis non acquiescunt, nam

Quo plus sunt potæ plus stiuntur aquæ.

Quo ipso ergo sole clarius elucet, dari aliud bonum, quo
desideria humana replentur, quod solus est Deus, Ens summe
perfectum, & omnibus numeris absolutum. vid. Gundling.
Via ad verit. P. 2. C. 1. 3. 4. 6. add. Budd. *de Ath. & Superst. C. 5. §. 7.*

4. Homo ad sui conservationem inclinatur, Beyer *all. tr. 4. Ex su-*
C. 9. §. 4. non tamen eam obtinere potest, sed tandem ali-
quando, licet reluctetur, destruitur, quodcumque verò à se *confer-*
vationis.

A 2

non

non potest conservari, nec illud à se potest existere. Si ergo homo continuationem sibi dare nequit, multo minus dare potest principium, quippe qui primam sibi dar existentiam, dare quoque poterit subsequentem. A parentibus quidem nos esse, docet quotidiana experientia, sed & hi intereunt, interit quoque primus, neque adeo à se fuit, sed ab ente quod genere est diversum, & longe perfectius, vid. Beyer *all. tr. C. 1. §. 3. § sqq.*

5. Ex structura corporis ejusque cum mente conjunctio-
ne.

§. IV. 5. Humani corporis structura artificiosissima, stpendaque ejus cum mente conjunctio, maximaque tam corporis quam animæ diversitas satis aperte probant, Ens aliquod summe perfectum dari, cujus admiranda sapientia homines formavit. Hinc Constantinus in *L. 17. C. de pen.* inquit, quod hominis facies figurata sit ad pulchritudinis cælestis similitudinem, & Plato *Lib. 1. de LL. hominem dicit inter animalia esse miraculum.* Inde quoque Seneca *Epist. 124. circa fin.* ita incedit, *Nulla modo magis tibi prodesse possum, quam si bonum tuum ostendo, si te à mutis animalibus separo, si cum Deo pono.* add. Cic. *de off. L. 1. C. 28. § de N. D. L. 2.* vid. omnino Budd. *de Ath. § supersf. C. 5. §. 6.*

6. Ex universa mundi machina

6. Silentii peplo involvo, ne post Homerum Iliada carveram nam, argumenta ab ordine, ornatu & conservatione totius mundi ducta, sic ut Owen, *Lib. 1. epigr. 52.* ita in Atheos invehat.

*Nulla domus domino caruit, vos hancce tantum
Nullius domini creditis esse domum.*

add. late Auctor *disp. sub præsid. Clar. & Excell. Dn. Præfidis de causa oblig. primoque modo cognos. juris N. Sect. 1. §. 1. usq. ad 6.* Cl. Cramer. *ad post. Perill. Cocceji. L. §. 1. 2. 3. 4.* Perill. Thomaf. *Jpr. div. L. 1. C. 3. §. 47. 48.* Budd. *ph. pr. P. 2. C. 4. Sect. 2. §. 1. 2.* Gundling. *all. tr. P. 2. C. 7. §. 12. 13.* Roell. *diff. de relig. N. §. 33. - 57.* add. omnino Budd. *de Ath. § supersf. C. 5. §. 4. 5.* Plane alia via in demonstranda existentia Dei incedit Excell. Joh. Frid. Wucherus *disp. de Atheo ex structura cerebri convincendo,* & Parckerus *disp. 2. de Deo.* Alia adhuc methodo utitur Cl. Budd. *de Ath. § supersf. C. 5. §. 3.* & Auctor *disp. sub præf. Cel. & Magn. Rectoris Godofr. Jüngst. de principiis Theologie N. §. 5. - 9.*

7. Sic quoque unanimis gentium consensus Deum dari 7. *Ex comprobatur*, vid. Lucas de Linda in *descript. omn. rerumpubl. & muni gen- auctor all. disp. de causa obl. Sc. Sect. 1. §. 6.* add. omnino Budd. *tium con- de Ath. Sc. superst. C. §. 1. Sc. ad eum not. 2. pag. 362. Sc. sqq.* Ita ut, *sensu*, qui ejus existentiam asserat, fundatam habeat intentionem, negans verò probare teneatur. Testimonia autem gentilium de Dei existentia vid. apud Roell. *all. disp. §. 61. 62.* Perill. Coccej. *disp. de justo præliorum exitu Sect. 1. §. 1.* Perill. Thomaf. *all. C. 3. §. 47. 48.*

§. V. Jam autem cum Deus ut Ens perfectissimum & *Deus cul- sapientissimum nihil faciat frustra, certissimum est, Deum in tum ab ho- condenda hac mundi machina, & præsertim in homine for- minibus condendo, scopum aliquem sibi proposuisse. Homo autem con- existit. ditus est I. ut sit Deo similis, Ejus virtutibus se conformet, Ejusque gloriam celebret, Puff. de J. N. L. 2. C. 4. §. 3. Sc. de O. H. Sc. C. L. 1. C. 3, §. 11. Sc. L. 2. C. 1, §. 3. Perill. Thomaf. *spr. div. L. 2. C. 1. §. 2. Sc. sqq.* Cl. Kestner *J. N. G. C. 1. §. 16.* Cl. Beyer *delin. juris divin. Nat. Sc. C. 11. §. 1. Sc. sqq.* Deus enim est I. Dignissimus qui colatur, Budd. *ph. pr. P. 2. C. 4. Sect. 2. §. 12.* ab eo enim dependemus, ab eo quicquid boni est accepimus, hinc Deus summo cultu, ardentissimo amore, & devota ve- neratione est prosequendus, Beyer *all. C. 11. §. 30. Sc. sqq.* Inde Esaias *Cap. 1. vs. 2. Sc. sqq.* Jehovam sic loquentem introducit: *Audite celi, Sc. auribus percipe terra, nam Jehova loquitur, filios edu- cavit Sc. extuli, ipsi autem deficientes rebellaverunt in me. Ab gens peccatrix, populus gravissimus iniquitate, semen maleficientissimum, filii corruptores dereliquerunt Jehovam, contentim irritaverunt sanctum Israël, abalienantes se averterunt retrorsum.* add. *Deut. 32. vs. 6 sqq.* Assensum præbet Pompon. in *L. 2. ff. de J. Sc. J.* Honorare e- nim Deum tantæ est necessitatis & officii, ut dubium aut in- differens esse nequeat, eum non honorare. Cum enim Dei essentia arbitraria non sit, sed naturæ excellentissimæ & ho- nore dignæ, cumque ea, quam de se patefecit Deus, revela- tio nec ipsa arbitraria sit, sed adeo clara & manifesta, ut homi- nes eam cognoscere debeant, honor qui ab ea cognitione dependet, *arbitrarius & indifferens haud magis esse potest,*
quam*

quam ipsa nos natura doceat & instiget, ut hunc Deo exhibeamus, vid. Moyf. Amyrald. *disq. 1. de jure N. quod comubia dirigit p. m. 24.* 2. Si porro Deum eo respectu consideremus, quod sit omnium rerum causa, eo ipso adhuc major honor ipsi debitus involvitur, dum omnis causa qua talis, meretur, ut ab effectu suo honoretur, quia illa effectum suum multis parasangis antecedit. Imò 3. cum communicatio illa, quod simus, seu quod existamus, sit beneficium inestimabile, illud gratum nostrum animum meretur, quia illud ut donum accepimus. Gratus autem animus est inclinatio mentis beneficium agnoscens, eique se devinctum profitentis, quem sibi benedicisse novit, & quidem ita ut & potuisset non benefacere. Hæc autem animi inclinatio ut vera sit & accepta, respondere debet (si non in effectu, tamen quoad animi intentionem) magnitudini beneficii, ita ut observentur gradus æqualitatis, qui inter beneficium dantem & accipientem illud intercedunt, add. Roell. *all. diss. §. 111.* 4. Consideratio conservationis nostræ majori adhuc cum efficacia nos ad cultum divinum impellit, amor enim, quo in nos ipsos ferimur, efficit, ut conservationem nostram expetamus, illud autem desiderium nos stimulat, ut ad eum confugiamus, quem ejus conservationis causam unicam esse novimus, quæ est Deus, add. Perill. Thomas. *Jpr. div. L. 2. C. 1. §. 9-13.* Imò 5. Deus cultum & amorem à nobis exigit, Beyer *all. C. 11. §. 1. 20. 22. 29.* an enim Jehova seipsum nobis amabilem & venerabilem ostendere, neque tamen amari à nobis & honorari velit? Aut intellectum nobis, quo cognoscere ipsum, voluntatem, qua amare, desiderare, obsequi & frui tandem Deo, voti compotes ad plenum possimus, frustra nulloque sine diffidet? Minime, hoc summæ repugnat ipsius perfectioni, add. Roell. *all. diss. §. 112. Esq.* Deus itaque vult, ut homo sit perfectus, quantum natura humana patitur, cum omnia reliqua Dei opera in suo genere sint perfecta.

Vult ut societatem colant. §. VI. II. Vult Deus ut homo societatem cum aliis colat & promoveat, Exc. Kestner. *J. N. G. C. 1. §. 12.* latissime enim patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societatis

ceteras est. Cic. *Lib. 1. de Off.* 1. propensio enim hoc indigitat,
 qua omnes feruntur ad societatem, quæ nobis a natura est
 insita. Grot. *de J. B. & P. prol. §. 7. 8.* Puffend. *de J. N. L. 2. C. 2.*
 §. 2. Vitriarius *Inst. J. N. proleg. quest. 13.* Excell. Kestner, *all. l.*
C. 4. §. 1. Cel. & Exc. Noodt *diff. de jure summi Imperii & L. Regia*
p. m. 7. 8. Seneca *Epist. 95.* Quamprimum Adamus Evam aspici-
 ebat, statim consortio illius gavisus est. Gen. 2. *vs. 23.* Hinc
 Seneca *Epist. 9.* inquit, *Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua,*
sed naturalis irritatio, nam ut aliarum rerum nobis imata est dulcedo,
sic amicitia, & quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio
societatis. 2. Homo instructus est à natura facultatibus, qui-
 bus sine societate non indigeret, adeoque frustra essent con-
 ditæ, in quarum numero sunt sermo & lingua, dum enim
 loquimur, loquimur non nobis ipsis sed aliis, Quintil. *Inst.*
Orat. L. 3. C. 16. Hinc Grot. *in prol. all. §. 7.* sermonem vocat
instrumentum societatis, data enim est facultas sermonis, ut sit
index animi, Beyer. all. l. C. 5. §. 8. Vinculum itaque societatis re-
 ste Cicerone *Lib. 1. de off. est ratio & oratio, quæ docendo, discendo*
communicando, disceptando, judicando conciliat inter se homines, conjun-
gitque naturali quadam societate, neque ulla re longius absumus à natu-
ra ferarum, quam sermone & lingua, in quibus inesse fortitudinem sepe
dicimus, ut in equis, leonibus, justitiam, æquitatem, bonitatem, elegan-
tiam sermonis, facundiam non dicimus, sunt enim rationis & ora-
tionis expertes. add. Puffend. de J. N. L. 4. C. 1. §. 1. 3. Deus vo-
 luit humanum genus propagari, sublata autem societate tol-
 litur propagatio, mediante autem ea homines nascuntur.
Nam cum hoc sit natura commune omnium animantium, ut habeant li-
bidinem procreandi (vid. L. 1. §. 3. de J. & J. pr. J. de J. N. G. & C.)
prima societas est in ipso conjugio, proxima in liberis, deinde una do-
mus, id autem est principium urbis & quasi seminarium reipubl. Cicer.
all. l. 14. Indigentia & miseria humana nos ad societatem
 compellunt, nascitur enim homo nudus, elinguis, indoctus,
 unus alterius efflagitat auxilium, exemplo infantis, gravida
 ægroti etc., societate ergo statque caditque genus humanum.
 Beyer. *all. C. 5. §. 9.* Etenim fac nos singulos, loquente ita Seneca
L. 4. de Ben. C. 18, quid sumus? præda animalium & victime, vilissi-

mus

vis & facillimus sanguis, hominem imbecillitas cingit, non unquam vis, non dentium ceteris terribilem fecit, nudum & infirmum societas munit, hanc tolle, & unitatem generis humani, qua vita susinetur, scindes. Hinc Cicero Lib. 3. de fin. Nemo in solitudine vitam agere vult, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia, vid. omnino Moysis Amyrald. *all. disq. 1. p. m. 46.* Unde facile intelligitur, nos ad conjunctionem congregationemque hominum & ad naturalem societatem esse natos, add. Puff. *de J. N. L. 2. C. 3. §. 15.* & de O. H. & C. L. 2. C. 1. §. 4. & 11. Perill. Thomaf. *Jpr. div. L. 1. C. 4. §. 51 -- 64.* & L. 3. C. 1. §. 21.

Hinc probatur I. dari Jus N. ex primo hominis sine, nempe cultu Dei.

§. VII. Ex dictis itaque concludo, I. Quod certæ à Deo sancitæ sint regulæ, quas in honore Deo deferendo nos oportet sequi, ita ut si eas negligamus, adversus Deum peccemus. Omne enim i. objectum, quod honore dignum est, quodque consequenter illos, qui ab ipso dependent, ad honorem ipsi exhibendum obligat, istum honorem definit partim per naturam virtutum suarum, partim per gradus & amplitudinem earundem *supra §. V.* Si quis ergo talem honorem ei non exhibuerit, naturæ virtutum aut magnitudinæ earum convenientem, peccat contra eam determinationem. Jam verò quia Deus sese manifestat hominibus, & quia in Ipso revelatio sui & manifestatio virtutum & attributorum suorum una eademque res est, in quantum Ipse sese manifestat, in tantum etiam regulas præscribit, de genere & modo honoris sibi exhibendi. Cùm ergo homo voluntatè sua agat, quando objectum eum incitat ad aliquod actionis genus naturâ determinatum, velut hic ad honorandum Deum, præscriptæ simul erunt certæ à natura regulæ actionibus voluntatis hominis, vid. Moys. Amyr. *all. disq. 1. passim.* Hæ autem regulæ sunt præcepta juris N. erga Deum observanda, & omnibus nota. Inde ortum, quod non solum nationes politicæ & cultiores (de Hebræorum Synedrio vid. Seld. & Quensted. *antiq. bibl. de Græcorum synedriis inter quæ Amphictyon & Areopagiticum aliaque vid. Joh. Meursus in tr. de Areopag. conf. Carol. Sigon. de republ. Att. de Ægyptiis vid. Joh. Nicolai tr. de Synedrio Ægypt.)* sed & maxime barbaræ, ejus aliquam retine-



nerint notionem, ita ut nunquam ulla societas, quæ aliquam regiminis habuerit formam, imperfectam licet & barbaram, extiterit, quæque non aliquas habuerit regulas, juxta quas Numini venerationis istius exhibuerit testimonia, vid. o. minino Budd, *de Ath. & Superst. C. 5. §. 1. not. 2. p. 363.* Et quamvis pauci quidam forte reperirentur homines, quibus volupe esset, communi isti aduersari sensui, non impedit, quo minus hunc sensum ab instinctu quodam naturæ credamus proficisci, Budd, *all. l. add. Perill. Coccej. resol. dub. contra hypoth. de princ. J. N. §. 16. n. 5.* 2. Deo in homines summum competit imperium, unde præceptum illud DEO OBEDIENDUM, quia Deus justas habet causas, quare obsequium ab hominibus exigat, imò potentiâ reluctantes coercendi pollet. Deo itaque obsequium est præstandum, ut imperanti, talis enim est qui habet facultatem obligandi alterum, quæ est in Deo, ipse enim nobis libertatem dedit, eandem ergo certis limitibus circumscribere potest. Quod si verò ei non esset parendum, hanc facultatem non haberet, impossibile autem est, idem simul esse, & non esse, & aliàs Deus non esset Deus. Deus autem justas habet obligationem imponendi causas, nempe creationem & conservationem, qui enim opus aliquod produxit, merito hoc sibi vindicat, & merito suum, hoc est suo dominio suoque imperio obnoxium dicit, vid. ad Rom. 9. vs. 21. accedit quod tantum beneficium singulis momentis iteretur. Beyer, *all. C. 5. §. 24. & sqq.* 3. Imo Deus vult hominibus obligationem imponere, & hoc actu fecit, quia ille dum est summè bonus, vult ut homini interne & externe bene sit, hoc autem homini non licet, nisi leges naturæ observet, quia autem vult finem, vult etiam media: vid. Per, *ill. Thomaf. Spr. div. L. 1. C. 3. §. 35. 43. & sqq. & §. 73 & sqq.* Puff. *de J. N. L. 2. C. 1. per tot.* Budd, *ph. pr. P. 2. C. 4. Sect. 1. §. 3. 4. 5. add. Perill. Coccej. disp. de princ. J. N. P. 2. Sect. 1. ad obs. 6. 7. n. 5. & sqq.*

§. VIII. II. Cum appetitus societatis sit quoque naturalis, etiam ipsam societatem naturalem esse oportet, aliàs frustra hic instinctus homini datus esset, sed vivere in societate ex instituto naturæ est. Inde fluit, eas res, quæ ad societatis

B

tis

tis conservacionem necessariæ sunt, quoque naturales esse oportere, id enim quod essentiam rebus tribuit, etiam easdem conservat. Ad conservacionem autem societatis multæ res sunt necessariæ, nullam tamen manifestius ad eam desiderari posse patet, quam JUSTITIAM & ORDINEM cum auctoritate conjunctum, qui ordo ad ejus administrationem est necessarius. Exc. Kestn. *Comp. J. U. C.* i. §. 1. *§ disp. de testam. pers. illustr.* §. 1. 2. 3. Rechenb. *de norma LL. justarum ab injust. discern.* §. 1. 18. 19. Cl. Beyer *all. C. 5.* §. 2. 3. 4. 10. Seneca *Epist.* 49. Aristot. 8. *Eth. C.* II. Cic. 1. d. *LL. C. 5.* *Justitia enim est summa virtus, in qua virtutis splendor maximus, ex qua homines nominantur, cujus fundamentum est fides, id est dictorum conventorumque, constantia & veritas, ut Idem Lib.* 1. d. *off. p. m.* 13. 14. Hominis ergo naturæ non convenit, ut sit exlex, Grotius *de J. B. & P. L.* i. C. 1. §. 12. Puff. *de J. N. L.* 2. *all. C. 1.* & Perill. Thomas *all. C. 3.* §. 19. 20. 70 - 86. Quodsi enim injustitiæ & violentiæ regnum permiseris, societas corruet, & homines se invicem ferarum instar dilacerabunt, & devorabunt, si homines in absoluta æqualitate reliqueris, ita ut alter in alterum jus & imperium nullum habeat, uti naturaliter comparatum est, plerique transversim ab affectibus suis rapientur, & injustitia & violentia dominabuntur. Cum itaque homines pravis subinde suis propensionibus abrepti, in ea ferantur, quibus & sibi & aliis nocent, ipsa illorum natura prout hodie est, leges regulasque & alias coercitiones postulat. Budd. *all. P. 2.* C. 3. §. 1. Imò quid si homo in æqualitate tranquillum duceret spiritum? ipsa tamen æqualitas certis justitiæ regulis suffulta ut sit, necesse est, imò ipsa legis vicem in conservanda societate obtineret. Hæc leges autem sunt jura N. erga homines sc. se ipsum & proximum observanda, add. *all. disp. de causa oblig. Ec. Sed.* i. §. 7. 8. Unde fuit, omnia juris N. præcepta duabus tabulis absolvi, & ad duo capita referri. Sunt enim 1. jura inter Deum & homines, quæ nimirum in cultu divino consistunt, & ex ipsius essentia summaque perfectione, voluntate sua nobis indicata, fluunt. 2. jura inter homines ipsos, quæ sunt sanctissimæ hujus voluntatis placita, Perill. Coccej. *disp. de princ. J. N. P.* 1. q. 2. §. 40.

Hinc jus N. duabus partibus absolvitur.

Cl. Gundl. *Via ad verit.* P. 2. C. 8. §. 12. Deum itaque hujus ju- *Illius obli-*
 ris auctorem constituimus, & ex eo descendente obligatio *gatio ex*
 nem consistere asserimus in sola Dei voluntate, (non autem *sola Dei*
 principium obligandi est ordo universalis, ut vult Cl. Euch. *voluntate*
 Gottlieb Rinck. *disp. de collisione LL. Nat.* §. 3. vid. *all. disp. de oritur.*
causa oblig. Esc. Sect. 3. §. 31.) factis circa rerum creationem &
 conservationem significatâ, ut optime demonstravit Auctor
all. disp. de causa oblig. Esc. tota Sect. 2. vid. & infra Sect. 2. §. 8. Esc
Sect. 3. §. 12. Medium autem jus N. cognoscendi est & sufficit *Medium*
 lumen naturâ sive ratio *all. disp. de causa oblig. Sect. 3. §. 5. Esc cognoscendâ*
sqq. Gundl. P. 3. C. 1. §. 4. Budd. ph. pr. P. 2. C. 4. Sect. 1. §. 7. Nec est ratio,
 obstat quod per lapsum primorum parentum hominis natura
 & ratio adeo corrupta & degenerata sit, ut illi non quidem
 omninoda attamen perfectissima omnium præceptorum co-
 gnitione & observationis perfectione & se & omnem posterita-
 tem orbaverint, nam Resp. nihilominus homo talem reti-
 nuit facultatem, ut si accurata judicii rationisque lance cun-
 cta investiget, & in jus N. inquiret, possit hanc voluntatem
 Dei cognoscere, quæ tamen sapius in S. S. plenior & clarior
 est proposita, quâ tamen scripturæ promulgatione aut reno-
 vatione opus non fuisset, si homo in glorioso integrâ natu-
 ræ & rationis statu permanisset, dum hujus juris nobilissi-
 mam noticiam, & insuper observationis perfectionem super-
 nâ naturæ suæ instam haberet, add. Bernh. Schultz *disp. Non*
mœchaberis th. 1. p. 14. Perill. Thomaf. Jpr. div. L. 1. C. 2. §. 42.
45. all. disp. de causa oblig. Sect. 3. §. 3. Esc sqq. Primum autem prin- *Medium*
 cipium seu modus cognoscendi jus N. est sola ejus promulga- *Modus*
 tio, factis circa rerum creationem & conservationem decla- *cognoscendâ*
 rata, ex qua omnes non urbis sed orbis gentes & incolæ o- *est promul-*
 perationis præcepta juris N. cognoscere possunt, vid. late *all. gatio.*
disp. de causa oblig. Esc. Sect. 3. §. 8. 10. Exc. Gundl. Via ad verit.
P. 3. C. 2. §. 18. principium discipline suæ (id est juris N.) cognosce-
 di primum hoc statuit. PACEM EXTERNAM ANTE OMNIA
 SECTARE, UBI HABERE POTEST, NE PRORSUS AD
 VITAM CUM ALIIS TRADUCENDAM VIRTUTEM-
 QUE ACQUIRENDAM INUTILIS FIAS, Sed hujus prin-
 cipii

ideo nulli
eo citat
est illi
antiquior
iuris
omni
fame bono
otter

capitii infirmitas, (ut aliis demonstrationibus superfedeam) ex
ipius patebit verbis, nam *all. C. 2. §. 8. §. sqq* inquit, quod
primum principium cognoscendi debeat esse verum, evidens § adæqua-
tum, sic ut eo omnes conclusiones contineantur, § ex eo omnes deduci
§ in id resolvi possint, quæ omnia de suo principio affirmat, *all.*
C. 2. §. 26. §. sqq. Jam vero Ipse *C. 25. §. 31.* conjunctiones con-
sanguineorum & affinium, de quibus in §. 27, damnat, & eas
juri N. repugnare statuit, inquit, *Mea sic est sententia, non*
quidem ejusmodi conjunctiones externe paci repugnare, sed repugnare
tamen castitati. Si ergo principium ejus esset firmum, & adæ-
quatum, ex eo quoque hæc prohibitio deduci posset & de-
beret; quod autem castitati repugnet, nec secundum ejus
principium generaliter & semper verum est. Imò *in d. §. 31.*
in f. concedit, plura jure N. prohiberi, quam quæ ex pace ex-
terna deduci possunt. *Deus non solum vult,* inquit, *ut sinus*
justi § externe tranquilli, verum etiam ut ab affectibus immoderatis
vivamus liberi, qui tamen pacem externam non turbant aut
tollunt. Sed si quis cum *Cl. Buddeo ph. pr. P. 2. C. 4. Sect. 1. §.*
26. 27. 28. omnia jura naturalia ad has tres classes & capita,
DEUM COLE, TEMPERANTER ET SOCIALITER VI-
VE, velit referre, per me licebit, sed magnopere dubito,
an omnia juris N. præcepta ad hæc tria capita referri possint.
Video autem *Exc. Gundl. all. C. 2. §. 6.* differentiam aliquam
inter juris N. principium **ESSENDI ET COGNOSCENDI**
statuere, sed cum ipse non clare pandat, quid per principium
ESSENDI indigitet, nec mihi hoc divinari licuit. De istis au-
tem principiis vid. omnino *Perill. Coccej. Resol. dub. circa by-*
poth. de princ. J. N. ad §. 5. n. 3. 7. 8. 10. §. ad §. 8. n. 1.

Instituti
ratio ex-
ponitur.

§. IX. His itaque præmissis, dum in Illustri hoc Gymna-
sio paucissimæ juris N. quæstiones agitæ & expositæ hæc-
tenus sint, & sæpius à nobis jam allegata disp. *de causa obligan-*
di §c. quasi primas juris N. notiones & fundamenta compre-
hendat, haud incommodum esse duxi, si hanc materiam ul-
teriori filo pertexam, iisdemque insistendo vestigiis, **JURIS**
NATURÆ IMMUTABILITATEM demonstrarem. Certo per-
suasus, illius auctoritatem, qua totum genus humanum ob-
frigi.

strictum est, minimam & fere nullam fore, si illud variis mutationibus obnoxium esset. Quod etiam in legibus civilibus agnovit Zaleucus rex Locrensum, referente Val. Max. *Lib. 6. C. 5. §. 3. in ext.* Noritriam quidem meam non fugit, Trajecti ad Rhenum praeside Exc. Joh. Georg. Gravio, Justum Mauriti. Wallendorph disputationem *de Immutabilitate juris N.* proposuisse, sed qui eam oculo quoque fugitivo percurreret, primo intuitu demonstrationis cognosceret disparitatem.

Sect. II.

Ostendit ipsam juris N. immutabilitatem.

§. I.

Immutabilitatem ergo juris N. demonstraturi, prima oritur *Varie juris* quaestio, quodnam jus intelligamus. Ejus autem nomine *N. definitioes.* venit hâc: LEX SEU REGULA EX VOLUNTATE DEI, EX ACTIONIBUS CIRCA RERUM CREATIONEM ET CONSERVATIONEM PERSPICIENDA, OMNIBUS HOMINIBUS PROMULGATA, ET OPE RATIONIS COGNOSCENDA, AD HOC UT ACTIONES SECUNDUM EAM INSTITUANT; vid. Perill. Cocceji *disp. de princ. J. N. P. 1. proëm. §. 1.* Exc. Kestn. *de J. N. C. 1. §. 2. all. disp. de causa obl. Sc. Sect. 2. §. 1.* add. Suarez *de LL. L. 1. C. 14. n. 7. Sc. C. 17. n. 9.* Grot. *de J. B. Sc. P. L. 1. C. 1. §. 10.* Hugo de Roy *de eo quod justum Lib. 1. tit. 2. n. 9.* Puffend. *Elem. Jpr. un. L. 1. def. 13. §. 10.* Perill. Thomaf. *Jpr. div. L. 1. C. 1. §. 97.* Justinianus vero in *pr. J. de J. N. G. Sc. C. & Jctus in L. 1. §. 3. de J. Sc. J.* ita jus illud definiunt, quod sit, *Quod natura omnia animalia docuit*, (quae definitio non aridet Puffend. *de J. N. L. 2. C. 3. §. 2.*) non quasi bruta capacia essent juris, aut jus in ea cadat, Grot. *all. C. 1. §. 11.* sed distinguendum est 1. inter actum seu rem ipsam, 2. inter formam juris, quae rei vel actui accedit. Potest E. definitio hâc admitti, si sensus illius sit, Jus N. illud esse, quod natura (i. e. Deus ut auctor naturae vid. Seneca *L. 2. C. 5a. quest. N. L. 4. C. 4. de benef. Plin. hist. Nat. L. 1. C. 7.*) docuit de istiusmodi rebus seu actibus, qui homini cum brutis communes sunt: Perill. illustr.

illustr. Cocc. *hyp. J. C. tit. de J. N. G. §. C. §. 1.* uti actus coëundi fobolem procreandi &c. sed quòd forma juris aut injuriæ illis accedens, soli homini sit propria, uti quomodo secundum leges connubiales matrimonia sint adstringenda, bestia enim promiscue coëunt. Exc. Kestner. *J. N. C. 1. §. 25.* Et illud inquit Seneca de *Ira Lib. 2. C. 16,* dicens; *quod in animalibus impetus sit pro ratione, hominibus pro impetura ratio;* add. Cic. *1. de Off. C. 11. Salmast. de usur. C. 9.* Revera enim nullum jus in bestias cadit, ratione enim carent, sine qua jus esse nequit, & si in eas caderet, possent etiam injuriam committere, quod tamen negatur in *L. 1. ff. si quadr. paup;* ideoque pauperiem quidem seu damnum, attamen injuriam quæ ex ratione proficiscitur, inferre nequeunt. *Siquidem nulla est injuria, nisi à consilio profecta, hinc nocere nobis animalia possunt ut ferrum, ut lapis, injuriam tamen facere non possunt,* teste Sen. de *Ira L. 2. C. 26.* vid. Cic. *3. de fin. Marcilius in not. ad J. curante Job. van der Water tit. de J. N. G. pr. verb. jus naturale,* sicque respiciendum magis nobis est ad mentem Imperatoris, quam verba arg. *L. pen. ad exhib. add. Perill. Coccej. J. Contr. 1. de J. §. J. q. 3. Hopp. ad pr. J. de J. N. G. Cl. Theod. Paulus in tr. de veris juris §. Jprud. princ. P. 2. q. 6. 7.* Hinc pessime Hopperus de *arte juris L. 1. fol. 45. jus in bruta cadere,* docet, vid. Huber. *ad J. de J. N. G. §. C. n. 1. Vinn. ad §. 1. eod. Struv. Ex. 1. tb. 50.* Alii ut Grot. *all. L. 1. C. 1. §. 10.* & Hoppius *all. l. jus N. definiunt, Quod sit dictamen recte rationis indicans actui alicui ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa natura rationali inesse moralem quandam turpitudinem aut necessitatem, & consequenter ab auctore N. Deo talem actum aut vetari aut præcipi, &c.* Sed non desunt, qui varias ob causas hanc definitionem non admittunt, vid. Perill. Cocc. *disp. de princ. J. N. P. 2. Sect. 1. obs. 10. n. 18. & sqq. Cl. Kestn. J. N. C. 1. §. 26. & disp. all. de causa oblig. §. C. Sect. 3. §. 7.* Ast salvo cujusque judicio, & hæc definitio retineri poterit, si ratio consideretur tanquam medium cognoscendi jus N. quo sensu accipiendus locus Pauli *ad Rom. 2. vs. 15.* add. Kestn. *all. l. §. 27.*

*Varie ejus
divisiones.*

§. II. Hoc jus ab Imperatore in §. 1. de *J. N. G.* vocatur **JUS GENTIUM**, intellige ut DD. communiter dicunt primæ-

mævum, vel rationis, vid. *L. 9. de J. & J.* ad differentiam juris gentium secundarii, seu ratiocinationis, de quo in §. 2. *J. de J. N. G. L. 31. pr. de pos. L. 1. locat. §. 11. J. de A. R. D. L. 4. L. 5. ff. de J. & J.* vid. *all. disp. de causa oblig. Sc. Sect. 2. §. 2.* Dari autem jus gentium negat Puffend. *J. N. L. 2. C. 3. §. 23.* *Et eam distinctionem ineptam & frustraneam dicit Muretus in not. d. Comment. ad J. accur. Joh. van der Water. ad pr. J. de J. N. G. verb. omnia animalia.* Sed hac distinctione Imperator ex hypothese sua fluente necessario uti debuit, postquam enim definiverat Jus N. quod sit id, quod Natura, i. e. Deus, constituit de re, quam omnia animalia docuit, *L. 1. §. 3. de J. & J.* (cur autem Ulpianus in *d. §. 3.* in explicatione juris Nat. omiserit injuriæ propulsationem vid. *Cel. Gerard Noodt. 1. probab. 5.*), nec latebat Imperatorem doctissimum, quod multi adhuc actus sint, qui solis hominibus proprii essent, qui jure N. injungerentur, *L. 1. §. 4. de J. & J.* uti cultus Dei & parentum *L. 2. eod.* præcepta generalia in §. 3. *J. eod.* (quid autem voce præcepti veniat, vid. *Cl. Noodt in Julio Paulo C. 10. & Lib. 5. probab. C. 2. Vinn. ad d. §. 3.*) hinc illud jus dixit Gentium jus, quasi quo jure omnes gentes utantur. Sed cum quoque deprehenderet, quod gentes etiam usu & necessitate multa introduxerant, (exempla sunt in *L. 4. L. 5. ff. de J. & J. §. 2. J. de J. N. G.*) hoc jus nomine gentium secundarii venit, add. *Perill. Coccej. J. C. tit. de J. & J. q. 4. & in disp. de princ. J. N. P. 2. Sect. 1. obs. 4. n. 7. & sqq.* Puffend. *de J. N. L. 2. C. 3. §. 23.* *Hopp. ad §. 1. J. de J. N.* Jani à Costa in *not. d. comment. ad J. §. 1. eod. verb. omnes populi.* *Vinn. ad d. §. 1. Theod. Paulus, all. P. 2. q. 19.* Nec, oblit. *L. 11. de J. & J.* ubi Paulus duas tantum species constituit, ut jus N. & civile, nam ꝑ. ideo Paulum duplicis tantum juris mentionem fecisse, quod loqueretur de eo tantum jure, quo soli homines utuntur, & consequenter nomine juris N. intellexisse quoque jus gentium, sicque lex ex lege explicanda venit; Jus enim N. duobus modis dicitur, 1. quod commune est omnibus animalibus, & hoc sensu accipitur in tripartita divisione, 2. quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit, & in tripartita ista divisione proprie dicitur jus gentium, quod compara-

para-

paratum cum jure Civ. Naturale vocatur, non quod naturale sit brutis, sed quod natura illud hominum mentibus in-
feverit. vid. Vinn. ad §. 4. J. de J. & J. n. 5. Sic quoque jus gen-
tium à Justiniano dicitur *Naturale*, in §. 11. J. de A. R. D. & à
Jctis in L. 1. ff. eod. L. 1. ff. locati L. 31. pr. deposit. add. Hopp. all. l.

Secundum ergo hypothesin Imperatoris recte dividitur
in Jus N. & Gentium, interim lubens fateor seposita descri-
ptione juris N. quæ est in pr. J. de J. N. G. §. L. 1. §. 3. de J. & J.
nullam esse differentiam inter jus N. & Gentium. Beyer all. tr.
C. 9. §. 58. §. seqq. Jus enim gentium prouti illud integrarum
gentium actiones dirigit, est ipsum Jus N. Nullum E. datur
distinctum aliquod Jus Gentium à lege N. omnes gentes ob-
bligans, nulla enim lex propriè sic dicta sine legislatore, hoc
est imperante, à quo data est, cogitari potest. Perill. Tho-
mas. diss. proem. Spr. div. §. 38. juncto L. 1. C. 1. §. 28. §. seqq. Gen-
tes autem inter se æquales sunt, adeoque una alteri leges da-
re nequit. Si autem gentes conjunctim sumantur, longe in-
eptius erit asserere, quod sibi ipsis jura cunctis observanda
præscribant, multo minus quando aut quâ ratione hoc fece-
rint, poterit demonstrari: Sed Hopp. ad §. 52. J. N. G. inquit,
hoc non ita intelligendum esse, ac si actu ipso convenerint gentes, & jus
sibi certum constituerint, sed quod recta ratione dictante (si dicitur aut
præcipiat, est ipsum Jus N.) propter utilitatem & necessitatem hu-
manam. (utrumque ex mediâ necessitate fit juris N.) hoc vel
illud jus receperint, ac usu comprobaverint, (quæ comprobatio non
est necessaria, dum jura N. sunt aut præceptiva aut permissi-
va) ut adeo quæ jura gentium ex tacito quasi pacto inter illas valere
dixerit, haud absurde dixerit cum Magnif. Dn. Ziegler. ad Grot. de J.
B. & P. Lib. 1. C. 1. §. 14. verb. gentium omnium. Sed Resp. 1. pa-
cta non sunt leges ab imperante latae, nulla enim lex sine ob-
ligatione, nulla ex lege obligatio sine necessitate perpetua,
hanc autem imperans tantum imponere potest, hic autem
de talibus LL. queritur, vid. L. 1. L. 2. ff. de LL. §. 4. J. de J. N.
G. ibique ipse Hopp. Lex ergo proficiscitur à superiore &
fertur inferioribus, etiam invitis, semperque vim obligandi
habet, pactum autem est inter pares, & requirit consensum
duo-

duorum. Imò obligationis ex pacto descendens causa non est superior potestas, sed ipsarummet partium & pacifcentium æqualis potestas, dum contrahentium, quod attinet negotium contractus, æqualis omnino est conditio. Hinc lex semper obligat sine pacto, pactum nunquam sine lege. Perill. Thomaf. Spr. D. L. 1. C. 1. §. 29. hoc est ut ipse explicat in *diff. præm. §. 38.* non ac si duorum vel plurium consensum non sequatur obligatio, sed quod obligatio quæ pactum sequitur, non oriatur ex ipso consensu, sed ex voluntate legislatoris servationem promissorum iubentis. Hinc quoque *all. C. 1. §. 29.* statim subjungit, *legem nihilominus aliquando obligare mediante pacto*, add. Clar. Beyer. *all. C. 5. §. 15. 2.* Non potest probari pleraque gentes saltem in unico capite, quod juris gentium dicitur, accurate consentire. 3. Exempla quæ afferuntur partim ad jus N. partim ad jus civile quarundam gentium, partim ad consuetudines referri possunt, vid. Cl. Budd. *ph. pr. P. 2. C. 1. §. 16. §. sqq.* 4. Ut taceam jura mere positiva sive civilia à quocunque imperante mutari posse, sicque non omnes gentes obligant, vid. §. 11. J. de J. N. G. L. 2. d. capit. dim. add. omnino Beyer. *all. tr. C. 9. §. 58. §. sqq.*

Aliam divisionem in jus N. divinum morale (quod sola promulgatione à jure nostro, §. 1. in *pr. hujus Sect.* definito differt, Lauterb. *Coll. Pr. tit. de J. §. J. §. 22. §. 28.*) & in jus divinum forense universale, (sed est contradictio termini, dari forense, id est particulare, universale.) refert Perill. Coccej. *all. disp. de princ. J. N. P. 1. præm. §. 3. 2. §. in resol. dubior. §. 3. n. 5. §. sqq.* Rectius autem distinguitur hoc jus in *præceptivum & permissivum*, arg. L. 7. ff. d. LL. Homines enim potentiis agentis à natura instructi licite agunt vel omittunt quicquid possunt, quod enim naturaliter homo facere potest, illud est à natura concessum, contradictio autem esset, à natura esse & non licere, jam autem Deus nihil frustra fecit. Et hoc est jus *permissivum* unde libertas oritur, sic natura permittit occupare res vacuas & nullius, §. 7. J. de A. R. D. L. 3. *pr. ff. eod.* & domino est libertas locandi vel inhabitandi ædes suas pro lubitu. Hæc E. potentia & facultates, indeque productæ actiones humanæ justæ ac licitæ sunt, donec aliquis qui recte

C

pro-

prohibere potest, prohibeat aliquid agi vel omitti, tunc facultates istæ (seu *moralis potentia*, ut Grot. *L. 1. C. 1. §. 4.* & Jctus in *L. 4. ff. de statu hom. dicit libertas*.) naturales limitantur & restringuntur. Hocque est jus *præceptivum*, unde obligatio præcite ad faciendum vel omittendum oritur, & tollit agendi vel non agendi libertatem, vid. Perill. Coccej. *J. C. t. de J. §. 1. q. 5. §. Posit. l. §. II.* ibique Cramer. *§. all. disp. P. 1. q. 3. §. 9. §. q. 4. §. 1.* Cl. Budd. *all. P. 2. C. 2. §. 7. §. C. 4. Sect. 1. §. 8.* Beyer. *delin. jur. div. N. §. C. 5. §. 11. §. sqq. §. C. 6. §. 1. §. sqq.* Winckler. *de potest. LL. civil. in jus N. §. 2.* add. Perill. Thomasi. *diff. præm. spr. D. §. 20. §. L. 1. C. 1. §. 36.*

Jus N. permissivum est mutabile.

§. III. Ex dictis E. patet, quodnam illud Jus sit, cujus immutabilitatem asserimus. *Non permissivum*, seu quod natura consideratis primis humani generis initiis seu statu naturali, cuius concessit, ita tamen ut eo uti posset vel non uti. Grot. *all. l. §. 5.* Illud enim ab ipso Deo mutatum esse probant LL. Judæorum de usu carnis, vid. *Levit. 11. & 17. Levit. 20. v. 25.* legesque matrimoniales in eadem tribu, add. *all. disp. Winckleri per tot.* Hinc quoque princeps quæ juris N. permissivi sunt, pro lubitu restringere atque prohibere potest. Beyer. *all. tr. præcogn. C. 7. §. 25. 28. §. C. 6. §. 11.* quo spectat *L. 6. pr. ff. de J. §. J.* uti quod cuique licitum non sit capere feras, aucupia exercere, inventa in littore retinere &c. quæ & similia hodie recte regalibus annumerantur, & secundum jus N. principi cedunt, secus ac de jure Civ. *§. 12. J. d. A. R. D. §. 22. 23. eod. aliisque locis*, sic quoque libertatem hanc mutatam esse patet ex *L. 2. C. de Rescind. vendit. §. tit. d. Sct. Vellej. §. Maced.* Exemplum quoque præbet lex Julia Papia Poppæa, dicta lataque à M. Papio Mutilo, & Q. Poppæo Secundo (seu Sabino) COSS. A. V. C. 762. teste Dione *L. 56. p. m. 576. Ulp. tit. 15.* qui COSS. hoc anno non ordinarii sed suffecti fuerunt, ut ex factis & Dionis verbis, *qui parte ejus anni*, constat. Dicta autem hæc lex est Julia à C. Julio Cæsare Octavio Augusto, cujus auctoritate sub extremis ejusdem annis perlata est. Lata ergo hæc lex est auctore Augusto, post Julias rogationes M. Papio & Q. Poppæo COSS. Tacit. *L. 3. A. C. 25. §. 28.* Suet. in Octav.

C. 32. ut esset testis Romanorum temporum & calamitatum L. un. pr. C. d. caducis toll. Causas autem & capita hujus legis refert Godofred. ad L. Jul. Papiam & Poppaeam; add. Zasius in Catal. LL. antiq. ad hanc L. p. m. 91. Sigon. d. Ant. J. C. R. L. 1. C. 9. Quibus omnibus Jus N. permissivum est immutatum.

Intelligimus E. Jus N. praeceptivum, ex quo oritur vincu. Sed praeceptum & necessitas agendi vel omittendi Beyer. all. C. 6. §. 16. ptivum est Quod à Cicer. L. 2. d. LL. C. 22. describitur; ut eternum quoddam immutabilis, quod universum mundum regit. Unde Hesiodus ex versione. le.

Jusitia animum adjuce,

Namque hanc hominibus legem disposuit Saturnus.

Simili modo inquit Sophocles in Antigone vs. 453. ex versione Neque valere tantum putavi tua edita, ut praescriptas & innatas Deorum leges, is, qui mortalis est, possit transgredi, non primum & heri, sed semper valent, & nullus scit unde edita sunt: Et iterum Cicero pro Milone hoc jus dicitur lex, quam non didicimus, legimus, accepimus, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus. Notandum autem hujus Juris immutabilitatem intelligendam Et quidem esse, si consideretur in se seu IN THESI, non in hypothesi, in thesi, sive in objecto, de quo quid constituit. Objectum enim illud pro diversitate circumstantiarum mutationem accipit, vid. infra Sect. 2. §. VIII., vel potius applicatur ei alia Juris N. regula. Sic praeceptum juris N. NEMINEM LAEDE, immutabile est; ratione tamen objecti mutari potest, v. gr. si quis iniquè invadatur, tunc enim pro defensione vitae & integritatis corporis vim vi repellere licet. L. 3. de J. & J. vid. Hopp. & Vinn. ad §. 11. J. de J. N. G. & Auctor disp. de collisione LL. N. praef. Euch. Gottl. Rinck §. 6. & §. 99. Perill. Thomaf. Jpr. D. L. 1. C. 2. §. 99. Theod. Paulus de veris juris & Jpr. princ. P. 2. q. 17. p. 115.

§. IV. Hoc ergo JUS PRÆCEPTIVUM IN THESI immutabile dicimus, & quidem

I. RATIONE DEI: sic ut ab ipso Deo nequidem mutari possit, testante Grot. de J. B. & P. L. 1. C. 1. §. 10. Puffend. NE DEI, de J. N. L. 2. C. 3. §. 5. Perill. Thomaf. in fund. J. N. L. 1. C. 5. §. 21. Exc. Kestn. J. N. C. 1. §. 14. Theod. Paulo all. q. 17. p. 114 & §. 99.

1. Quia est 1. Jus enim natura est lex seu regula voluntatis divina, quâ ab aeterno voluntas Deus decrevit homines gubernare, iisque certas actionum regulas præ-
ejus, quæ scribere, vid. supr. §. I. Jam verò quis unquam tam crassâ labo-
mutari ne- ravit insanîâ? ut Deum dixerit voluntatem suam mutare posse,
quit.

talpâ hunc cæciorem esse puto, cujus mentem modo hæc cogitatio subiit. Quem quæso fugit notum illud axioma: NIHIL EST IN DEO, QUOD NON SIT IPSE DEUS. Proprietates enim divinæ sunt ipse Deus simplicissimus, i. e. nullum Dei attributum revera differt à Deo, nisi solo conceptu ratione hominum, quatenus illi alium conceptum formant, dum cogitant aliam perfectionem esse omnipotentiam, quam æternitatem. Jam verò cum Deus sit Ens infinitum, summe perfectum, simplicissimum, intellectu & voluntate præditum, quis inficias ibit, Dei voluntatem esse immutabilem? Intellectus autem & voluntas Divina non sunt partes Dei, sed diversæ facultates aut functiones, partes enim non insunt menti, quia non est corpus, E, nec Deo. Voluntas itaque Dei est immutabilis, aliâs mutatâ eâ ipse Deus mutaretur, mutato autem Deo, absit blasphemia, non esset Deus. Nunc autem cum Jus N. detur, Sect. I. §. VII. VIII. sequitur quod illud sit decretum voluntatis divinæ, Budd. ph. pr. P. 2. C. 4. §. 1. aut enim illud Deus decrevit, aut non, posterius falsum, tunc enim mero casu & sine noticia creatoris extitisset, sicque Deus non esset omniscius. Cum tamen constat, quod omnia ex providentia divina pendeant, uti patet Exod. 3. vs. 19. Matth. 10. vs. 29. 30. & t. Pl. 147. Tanta enim est divinæ scientiæ perfectio, ut nihil Deo clausum esse possit. Et qua quæso ratione concipi potest, Deum esse omniscium, attamen Ipsi ignotas fuisse hominum actiones, quas dirigit jus N. Imò gentiles Deum ut cordis scrutatorem, qui intuetur pectoris arcana nostri, & quicquid latet in secreto mentis recessu, qui spectat hominis opera omnia, agnovissent, quod docet Dei apud illos cultus. Quis enim eum colat? quem judicet actionum nescium suarum. Plato Deos omniscios & omnia videre censuit. Cui non notura illud Plauti, Est profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt. Imò ne minimo nos
motu

motu Deum latere aut fallere posse, teste Epicteto, Socrates dixit.
 Huc spectat dictum ejusdem apud Xenophontem. *An putas*
oculum tuum ad multa passuum millia pervenire posse, divinum oculum
non posse OMNIA SIMUL conspicere? aut tuam animam de iis, que
apud diversas gentes geruntur posse cogitare, divinam providentiam
non posse SIMUL OMNIA curare, vid. Roell. all. diff. §. 72. 73.
 & Seneca de Benef. C. 23. L. 6. *Dii non possunt videri nec fecisse, quid*
efficiuri essent, cum omnia alimenta protinus & alia utilia providerint.
COGITAVIT NOS ANTE NATURA QUAM FECIT. Hinc
 ergo fluit Jus N. esse decretum voluntatis divinæ, illa autem
 omnia sunt ab æterno, quia Deus est ab æterno, tanquam
 mens, eaque præstantissima & omnibus numeris perfecta.
 Quod ergo non fit casu, pendet à consilio, hæc enim sibi in-
 vicem sunt opposita, casu enim fiunt, quæcunque nemine
 cogitante, saltem nemine dirigente contingunt, sic tegula do-
 mo decidens, occidit hominem, nemine cogitante, saltem ne-
 mine dirigente. Consilio autem fiunt, quæ certâ quâdam
 deliberatione antecedenter peraguntur, sic prælium commit-
 tendum consilio dirigitur. Decreta autem Dei ab æterno ef-
 se, non ita accipiendum, ac si Deus decreta ita necessario for-
 mare debuerit, uti formavit, sunt enim liberrima. Cui non
 obstat quod voluntas Dei, utut liberrima tamen duo neces-
 saria complectatur, tum quòd non possit velle, nisi quod per-
 fectissimum, tum quòd non possit mutare quod semel voluit.
 Hoc enim est ex necessitate intrinseca ipsius voluntatis, pro-
 pter summam ejus perfectionem, ita ut voluntas non possit
 non velle, quod perfectissimum est, atque ita Deus id quod
 optimum est necessario facit, non quia non potest aliter facere,
 nec quod aliâ externa vi impediatur, sed quia ut perfectissi-
 mus vult perfectissima. Perill. Coccej. *disp. de princ. J. N. P. 1. q.*
2. §. 40. Non E. aliquid extra Deum constituendum est, quod
 illum coëgisset hac via procedere, aliàs enim ab alio depen-
 deret, cum tamen extra omnem dubitationis aleam positum
 sit, à Deo omnia dependere, & omne quod existat, neces-
 sariò à summo Ente existentiam habere, & ab eo derivari, ni-
 hil autem esse, quod Ipsi vim faciendi injiciat. Huc respi-
 ciens

ciens Sen. *all. C. 23.* inquit, *Non externa cogunt Deos, sed sua illis in legem aeterna est voluntas, statuerunt quod non mutarent.* vid. Exc. Nooht 2. *probab. 11.* Firmo ergo stat talo, **JUS N. EST IMMUTABILE:** Si objicias Deum ita non esse omnipotentem, quod non possit omnia facere, Resp. vox *posse* juncta voce quae notat imperfectiōnem aliquam, nunquam in Deo notat impotentiam vel imperfectiōnem, sed summam ejus perfectiōnem & potentiam, Budd. *ph. pr. P. 2. C. 4. Sect. 2. §. 7.* Sic quando dicitur quod Deus non possit mentiri, idem est, quam quod sit veracissimus, mendacium enim involvit imperfectiōnem, cum E. dicatur Deum omnia posse, & sic etiam, absit blasphemia dicto, posse mentiri hoc sibi ipsi repugnat, si enim mentitur non est Deus. Puffend. *de J. N. L. 2. C. 3. §. 4.* add. omnino Gundl. *Via ad verit. P. 2. C. 7. §. 19.*

2. Quia
Deus omnia eodem conceptu vult.

§. V. 2. Quis est, si secum habitet, qui non inveniat sui quandam, nulla sua arte factam imaginem vel notitiam? Omnes enim ipso sensu propriaque conscientia mentem esse rem cogitantem, docemur, hanc in illa, quo nos quonque vertimus, deprehendimus, per hanc solam sui ideam mens se ipsam contemplari, per hanc representare se sibi potest. Hæc forma illa est, per quam ab omni alia re distinguitur, per hanc quicquid menti suæ virtutis sive operis ex vero adscribitur, intelligi omne atque explicari potest, tolle cogitationem & omnem omnino mentis conceptum tollas, cogitare autem est intimè sui consciū esse, Jam verò cum Deus sit mens perfectissima, seipsum perfectissime cognoscit; quis enim illud perfectissimum judicet, quod si sit, se esse nesciat? Nemini E. dubium esse potest, quin menti omnium præstantissimæ naturale sit cogitare, id est intelligere & velle, sed modo omnium perfectissimo. Hoc E. quando de Deo affirmo, affirmo Deum omnia suâ naturâ suisque viribus ex se, per se, & in se, uno mentis intuitu, intimè penitusque cernere, & scire, hoc enim demum est perfectissime intelligere. Si enim non cognosceret omnia scibilia, futura, præsentiaque uno actu, unoque momento, fugeret aliquid Ejus cognitionem, quod repugnat perfectissimæ menti. Procul E. abest, quod



quod Deus cognoscat per partes, & modo imperfecto, ita ut per partes se rebus applicet, sed uti decrevit omnia uno mentis actu, ita etiam novit. Fieri enim non potest, ut futurum aliquid sit, quod non cognosceret, & ab eo dependeret, & hinc fuit, in Deo non dari neque prius neque posterius, pro uti non intuitu intellectus, sic nec ratione voluntatis perfectissima. Non prius, quia est ab aeterno, aeternitas autem nullis temporum intervallis metitur, sine tempore autem non datur prius aut posterius; jam vero sine priori & posteriori nulla concipi potest mutatio voluntatis, illa enim necessario interlapsum infert tempus. Inde ergo concludo, **JUS N. EST DECRETUM VOLUNTATIS DIVINAE, VOLUNTAS EST AB AETerno, AETERNITAS CARET TEMPORE, SINE TEMPORE NON DATUR MUTATIO VOLUNTATIS, E. JUS N. EST IMMUTABILE.**

§. VI. 3. Nemini obscurum esse potest, Deum, ut Ens perfectissimum, aliunde rerum suarum non ducere originem, sed independentem omni modo, à se & per se, causa, finis, & ortus expertem esse. Quid enim quod à causa penderet, perfectissimum esse potest? Cumque porro quod perfectissimum est, id nec augmenta nec decremента admittere queat, quis id perfectissimum opinetur, quod rerum pati temporumque varias vices & mutari in horas possit? Hincque patet Deum, ut mentem perfectissimam, suam existere virtute, suamque se sustinere, vi, eundem semper fuisse & permanere eundem, nihilque in Eo mutari posse. Si ergo nihil in Deo mutationi sit obnoxium, nec voluntas ejus erit mutabilis. Voluntas enim mutatur 1. vel in melius, uti Davidis de non radicanda familia Nabalis, 1. Sam. 25. vel in pejus uti Pharaonis, Israelitas sublatam plagam dimittere nolentis. Exod. 18. 28. 32. Deus autem illam non potest mutare in melius, hoc enim involvit poenitentiam prioris, Deum autem nunquam facti vel consilii poenitentia subire potest, quod involvit imbecillitatem. Imò prima Ipsius voluntas non fuisset perfectissima, cum tamen Deus omnia ab aeterno supra §. IV., imò unico conceptu §. V., & modo perfectissimo hoc §. VI. decreverit, hic nec mutari

3. Mutatio
Juris Nat.
repugnat
perfectioni.

mutari potest in pejus, aliàs Deus non esset perfectissimus. 2. Qui voluntatem suam mutat, profecto aliqua ex causa hoc facit; quam ante ut re non satis ponderatâ, non perpexit, vel de qua non cogitavit, quod certè Dei omniscientiæ repugnat. 3. Vel mutationem accipit voluntas ob impotentiam in actum eam deducendi, quidnam Deo autem manus injiceret, ejusque voluntatem in actum deducendi irritam faceret? quod tamen omnipotentiam inverteret, cum tamen *Ipsius manu insit vis & potentia, ac nemo Ipsi possit resistere.* 2. Chron. 20. vs. 6. Imò juravit Jehova exercituum, dicendo, mentiar, nisi quemadmodum proposui, mihi ita fuerit, & quemadmodum consilium inivi, illud extiterit. Esai. 14. vs. 24. add. Cap. 46. vs. 10. Ps. 115. vs. 3. Quid? quod sapientis indicium ac officium est, idem semper velle, idem nolle, ubique parem eundemque esse, atque eadem perpetuò ire viâ; qui autem in nulla permanet sententia, sed paulo momento huc illuc impellitur, variato & in contrarium verso judicio, is sane offendit, se vel leviter id, vel temere nullaque de causa voluisse & approbasse. Deus E. quod semel sapientissimè voluit, ac decrevit, constanti procul dubio vult & ad exitus suos perducit modo, nunquam sibi dissimilis. Hoc egregie confirmat Seneca in *præf. N. Q. L. 1.* *Tunc nature rerum gratias ago, cum disco, que universa machina sit, quis auctor aut custos, quid sit Deus, totus in se tendat, annon ad nos aliquando respiciat, faciat quotidie aliquid, an semel fecerit; an majestatis diminutio sit & confessio; error, mutanda fecisse.* Necesse enim est, *Ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt, nec ob hoc minus liber & potens est, Ipse enim est necessitas sua;* Et in fin: *Quicquid vult efficit: Idem L. 6. C. 23. d. Ben.: Nunquam primi consilii Deos pœnitet, sed sine dubio illis in contrarium desciscere non licet, sed non ideo, quia vis sua illos in proposito tenet, ex imbecillitate permanent, sed quia non licet ab optimis aberrare, & sic ire decretum est. In prima autem illa constitutione, cum universa disponent, etiam nostra viderunt, rationemque hominis habuerunt.* Hinc E. resultat, Deum jus N. mutare non posse, quia nihil vult, nisi quod perfectissimum, Ipsi enim nisi optima placere non possunt, quod E. optimum est, à seipso discordare nequit. Cumque nihil

nihil nisi ab hoc creatore, ita quoque nihil nisi ad ejus intentionis & voluntatis normam factum sit, neque vero à Deo quicquam intendi fierique possit, nisi quod omnibus numeris perfectum absolutumque sit, sequitur quod reddi nequeat perfectius. Est enim contradictio, perfectum, sive id cui nihil abest, nihil abundat, seu cui nihil addi vel demi potest, salvâ & eâdem manente substantiâ, reddi posse perfectius. Deus ergo semper est sibi similis, nulla est mutatio in ipsius voluntate; nec ergo & in decretis suis, quæ & optima & sapientissima sunt, ulla locum habere mobilis & à seipso dissentientis animi inconstantia, aut secum pugnantium consiliorum varietas potest. Superest itaque, ut sua Illi in legem perfecta sit voluntas, & quæ liberrimè scripsit, sequatur semper persistens inflexusque in sententia.

§. VII. 4. Deus non vult mutare Jus N. a) quia de- 4. *Deus*
 crevit constanti ordine homines regere. Cum enim quod *non vult*
 summè perfectum idem & summè colendum sit, primum hoc *Jus N. mu-*
 omnia est, quod ex summa Creatoris perfectione sequitur. *tare.*

SUMMA EJUS VENERATIO ET OBSERVANTIA. vid.
supra sect. I. §. V. VII. Hæc est illa lex, Ipsique creatori coar-
 va, de Ipso summe & super omnia colendo, & cum maxi-
 ma, quæ esse potest, submissione prosequendo. Imprimis
 cum, quicquid in homine est, à voluntate creatoris totum
 dependeat, hinc nulla est in homine facultas agendi, nisi
 quæ ex arbitrio creatoris ipsi concessa est; præter hoc ergo
 arbitrium, cum nihil possit, ejus omnino legibus totus obli-
 gatur, iisque adstringitur, atqui in eo consistit cultus divini
 ratio. Cum E. ipse creator intimâ perfectionis suæ infinitâ
 conscientiâ seipsum diligat, cultumque suum ab hominibus
 exigat, sequitur Deum hunc cultum ut immutabilem semper
 velle, & relationem illam inter Ipsum & creaturam æternam
 & immutabilem esse, Deus enim est voluntatis suæ perfectissi-
 mæ factissimæque exactor executorque rigidissimus, ejusque
 tuenda severissimus. Tantum itaque abest, hæc jura mutari
 posse, ut potius contradictionem involvat, si Deus se pro Deo
 non haberi, vellet, quod fieret, si vellet ne, coleretur, cum cul-

D

tus

tus ille sit perfectionis æstimatio, vid. Perill. Coccej. *disp. de princ. J. N. P. 1. q. 2. §. 40.* Beyer *all. tr. C. 9. §. 32.* Præterea dum Deus jus aliquod hominibus erga se ipsos & se invicem observandum constituit, *sect. 1. §. VI, VIII.*, dumque ex ejus constantia fuit, homines æterno & inviolabili nexu ad illud tenendum esse obstrictos, sequitur Deum hunc nexum non velle tollere. Sublato enim hoc jure sive justitia, homines bestiis pejores se invicem violarent, imò devorarent, & alter alterius incommoda & interitum maturaret, sicque cessaret finis creationis hominum, scilicet conservatio generis humani in societate. Hinc eleganter inquit Aristot. *4. Polit. 4.* quod legum forma sit vita & anima civitatis, & eam sine legibus esse prædam, & Cic. *L. 3. d. LL. in pr.* dicit, quod lex sit imperium, sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universonum genus stare nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Idem *Orat. pro Cluent. p. m. 48.* *Leges sunt vinculum societatis, quæ fruuntur cives in republica, hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis mens & animus & consilium & sententia civitatis posita est in legibus.* Ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus & nervis & sanguine ac membris uti non potest, legum ministri magistratus, legum denique idcirco omnes servi sumus ut liberi esse possimus. b) Deus non vult Jus N. mutare, quia non vult seipsum destruere, summa enim Ipsius voluntas est, seipso frui, virtutibus suis & perfectionibus delectari. Deus vero si vellet homines ab obligatione obedientiæ eximere, revera eximeret, (voluntas enim Ipsius est omnipotens, & semper in actum deducitur,) quod tamen repugnat sui Ipsius amoris & perfectioni, Imò si Deus decretum hoc voluntatis mutare vellet, suas ipsius virtutes, ut perfectionem, immutabilitatem, sapientiam, veracitatem, sanctitatem & omnipotentiam destrueret, quam tamen cogitationem de Deo nequidem licet concipere. Immo ergo stat rupe, **DEUM JUS N. NON POSSIT** **IPSE DEUS SE NEC VELLE MUTARE**, præsertim, cum Ipse secundum dum hanc normam de se judicari patitur. Sic Abrahamus hoc Jus de *Gen. 18. vs. 25.* dixit ad Deum Sodomam & Gomorrhaim in cise judicari heres ventosque redacturum. Absit Tibi, ut facias tale quippiam.

Immo ergo stat rupe, **DEUM JUS N. NON POSSIT** **IPSE DEUS SE NEC VELLE MUTARE**, præsertim, cum Ipse secundum dum hanc normam de se judicari patitur. Sic Abrahamus hoc Jus de *Gen. 18. vs. 25.* dixit ad Deum Sodomam & Gomorrhaim in cise judicari heres ventosque redacturum. Absit Tibi, ut facias tale quippiam.

piam, morti tradendo iustum cum injusto, ut ita sit iustus sicut injusto, absit Tibi, an iudex totius terræ non exerceret ius, vid. Heidegg. Hist. Patr. Vol. 2. Ex. 3. §. 11. Hoc repetens Paulus ad Rom. 3. v. 6. inquit, Num E. Deus injustus est? Absit, aliqui quomodo iudex erit Deus mundi, add. Esa. 5. vs. 2. Jerem. 2. vs. 9. Ezech. 18. vs. 25. Mich. 6. vs. 2.

§. VIII. In errorum ergo scopulos graviter illi impingunt, qui dicunt, Deum in jure N. dispensare, vel Deum in legibus juris N. deinceps post generaliter eas promulgatas, quædam posse solvere, sic ut obligatio legis ipsis remissa sit, ut putat Sanchez de matrim. L. 7. disp. 50. n. 9. Mev. in Nucl. J. N. vocant, de G. insp. 2. n. 38. §. 23. alique D. D. fere innumeri. Cl. Petr. de Toullicu in disp. de incestu § gradibus L. divina prohib. §. 14. Jus N. tale existimat, à cuius observatione Deus possit dispensare, SALVA MANENTE ÆTERNITATE ET IMMUTABILITATE decretorum divinatorum. Sed ut mihi videtur lusus est in verbo, si enim vocem, DISPENSARE, sumas vulgari sensu, sic ut DISPENSATIO notet, post legem aliquam omnibus latam (& ita comprehensâ sub ea quoque personâ de cuius dispensatione queritur) remissionem ab illa, Beyer. all. tr. C. 5. §. 84. §. sqq. pernego Deum posse de jure N. præceptivo dispensare. Hoc enim notoriè involvit mutationem voluntatis, exemplo principis vel magistratûs, qui in prohibitionibus humanis dispensare possunt, quod maxime fit in matrimonialibus, vid. Cz. P. 2. dec. 100. Puffend. de J. N. L. 2. C. 6. §. 17. Quis autem negabit, mutationem voluntatis in legislatoribus hîc adesse? quæ in Deum non cadit. Sed Dn. Toullicu all. l. talem dispensationem non videtur intelligere, ob verba SALVA MANENTE &c. At si vocem DISPENSARE, hoc modo interpreteris, ut indiget, DEUM AB ÆTERNITATE, NO UNO (ut sic dicam) EODEMQUE ILLO MOMENTO, QUO DECRETA SUA (loquor secundum captum humanum, UNICUM enim tantum est Dei decretum, quod tantam sapienti ordine coheret, ut ab ente finito SIMILITUDINEM accipi nequeat) SICQUE JUS N. CONDIDIT, QUOSDAM AB OBLIGATIONE ALICUIJUS LEGIS EXCEPISSE, vel

Hinc fuit Deum in jure N. non posse, ut dispensare. de divina prohib. §. 14. Attamen fieri potest, ut ab æternitate non sub promulgatione aliquis accipi non sicut com- ut prebenfus.



ut clarius rem exponam, NON COMPREHENDISSE SUB
 ILLA LEGE, omnino vera sunt verba. *all. disp. §. 12.* attamen tunc valde improprie & abusive sumitur vox dispensationis, sic potius dici poterat exceptio, vel casus sub lege prohibitiva ab aeterno non comprehensus. *Perill. Coccej. disp. d. princ. J. N. P. 2. Sect. 1. obs. 13. n. 25. 27.* Et illud non intrinsecus immutabilitatem decretorum divinatorum, cum quoque sit decretum aequè aeternum, in illis autem non datur prius neque posterius *supr. §. V.* Deus enim illud quoque simul ab aeterno concepit. E hoc ut exceptio vel VOLUNTAS DIVERSA NON CONTRARIA, etiam non contrariatur regulæ, nec mutat voluntatem in Deo, sed Ejus constantiam magis evincit. Jus enim N. ob solam voluntatem *supr. Sect. 1. §. VIII.* legislatoris nos obligat, (non intrinseca actionum moralitas, sive quod ante Dei voluntatem illis aliqua inest bonitas vel turpitudine ut vult *Grot. de J. B. & P. L. 1. C. 1. §. 10. & 15. Nicolai de Synedr. Egypt. Leg. 17. §. 8. p. m. 242. Exc. Dn. Lyncker. Resp. 126. §. 10.* aliique quos refutat *Puffend. de J. N. L. 1. C. 2. §. 6. Perill. Thomaf. Spr. D. L. 1. C. 2. §. 74. - 87. & in fund. J. N. L. 1. C. 5. §. 51. Cl. Beyer del. in Jur. D. N. Sc. C. 7. §. 2. 3. 12. 13. & C. 9. §. 27.* add. omnino Auctor *all. disp. de causa oblig. Sc. Sect. 2. §. 5. 6. 7.* Interim in jure N. bonitas intrinseca hoc sensu dici potest, quia voluntati Dei inest intrinseca summa bonitas, ergo & quicquid vult, sicque Jus N. hoc sensu est intrinsecè bonum, nihilominus tamen legis N. norma est à voluntate Dei ut summi Creatoris, vid. *Perill. Coccej. all. disp. P. 1. q. 2. §. 4. & P. 2. Sect. 1. obs. 13. n. 6.*) ubi E. Deus voluntate sua prohibitivâ aut præceptivâ ulum facultatum nobis à se concessarum per legem N. in quibusdam hominibus ab aeterno non voluit restringere, salva ipsis manet actio agendi ut lubet, seu libertas, *Perill. Thomaf. all. C. 2. §. 88. - 96. add. C. 1. §. 79. & C. 2. §. 15. Puffend. de J. N. L. 2. C. 8. §. 4. in med. & §. 5. Cl. Titius disp. Qualis conceptus non repugnat i. mæ in Deo perfectioni, dum non potest velle nisi quod perfectissimum supra §. VI.* illud autem tantum sit unicum, nam Resp.

Non datur
 intrinseca
 actionum
 moralitas,
 prouti à
 DD. acci-
 pitur.

Qualis con-
 ceptus non
 repugnat i.
 mæ in Deo
 perfectioni,
 dum non potest
 velle nisi quod
 perfectissimum
 supra §. VI.

Resp. 1. Deus non potest velle nisi quod perfectissimum, at 2. vel per-
 qui Deus hanc exceptionem voluit, E. est perfectissima vo- fectio
 luntas. 2. Dei voluntas vel decretum est tantum UNICUM, Dei.
 sed versatur circa res diversas, omnis E. voluntas Dei circa
 quaslibet res est perfectissima. Sic politia Judaica forma fuit
 optima & perfectissima, (utpote à Deo ipsa instituta) non
 quidem absolute, sed illo tempore & loco, & in illa gente.
 In ea enim multa fuerunt ad illius gentis, regionis, temporis,
 & cultus ceremonialis rationem accommodata, quorum om-
 nium tamen observatio neque necessaria neque utilis hodie
 est, dum causa, cur illae leges tunc ferrentur Judaeis, sublatae
 sunt. Ideoque Deus eam politiam non instituit, ut omnes
 gentes & aetates ad eam alligaret, sed tantum ut populum
 suum hac disciplina ab aliis ad tempus sejungeret, Theod. Pau-
 lus de veris juris & Jpr. princ. P. 2. q. 22, p. 151., nihilominus ta-
 men pro isto rerum statu politia illa manet optima & perfe-
 ctissima. Quod autem hoc casu videatur & appareat primo
 aspectu, ac si Deus in jure N. contraria voluisset, falsissimum
 est. Dei enim voluntas semper eadem, aeterna, & immuta-
 bilis est, si quae autem variatio videtur, ea in rebus, de quibus
 jus N. constituit, non ipso jure vel voluntate ejus accidit,
 Perill. Coccej. all. disp. P. 1. q. 2. §. 44. Sic jure N. prohibetur
 effusio sanguinis humani, sed si legitimus magistratus delin-
 quentem ob justam causam morte afficit, non est prohibi-
 tum, nec hoc incidit in prohibitionem illam, dum jus illud
 variationem ex circumstantiis personarum hoc loco accipit,
 duo enim dum faciunt idem, non est idem, & simile judi-
 cium de aliis casibus ferendum. vid. Perill. Coccej. all. disp. P.
 2. Sect. 1. obs. 13. n. 27. 25. Beyer all. C. 7. §. 4. & sqq. add. C. 9. §. 34.
 35. Nec 3. talis conceptus repugnat communi loquendi for-
 ma; JUS N. OMNES OMNINO HOMINES OBLIGAT. muni lo-
 subintelligendum enim est, LEGE COMPREHENSOS. Sed quendi for-
 qua ratione, quove modo cognoscimus, hunc vel illum ca-
 sum à prohibitione exceptum, & sub generali regula nun-
 quam comprehensum fuisse? Resp. id nobis innotescit ex fa-
 cto Creatoris, idque ex post, ut scholae loquuntur, scilicet si pro-
 batà

DEI
 VOLUNTAS
 UNICA
 EST
 QUAE
 OMNIA
 REGIT
 ET
 DISCRETIO
 EST
 QUAE
 OMNIA
 REGIT

Nec 3. com-
 muni lo-
 quendi for-
 ma.

30) 60
bata lege præceptiva nihilominus voluntas Dei hoc vel illo
in casu de faciendo vel omitendo contra illam legem præcep-
tivam (secundum captum nostrum ut loquar) appareat, tunc enim actus ille vel casus non est contra legem illam æternam, sed sine lege nempe prohibitiva, & lex ad illum casum non spectat. Liceat exemplo humano declarare, si legislator inter homines ferat legem aliquam prohibitivam pœnalem, omnes subditos obligantem, sed statim in ipsa lege illa personam aliquam excipiat sub lege non comprehendam, non erit mutatio voluntatis in legislatore, nec dispensatio, si personam illam exceptam illud, quod eâ lege reliquis aliis prohibitum erat, committentem, contra legem non peccasse nec puniendum esse dicat, vid. Cl. Bodin. *disp. de conjug. illicito th. 9. in f.*

II. RA-
TIONE
HOMI-
NUM.

1. Omnes
homines
jure Nat.
obligantur

§. IX. Demonstratâ legum Naturalium firmitate & immutabilitate ratione ipsius Dei, restat adhuc alterum argumentum scilicet II. Quod jus N. sit immutabile RATIONE HOMINUM, sic ut homines illud mutare & auctoritatem ipsi derogare nequeant, hoc autem 1. patet exinde, quod omnes homines legibus N. obstricti sint, illisque obsequium præstare teneantur, Deo enim in omnes homines, etiam ipsas summas potestates Theod. Paulus *de veris Juris & Jpr. princ. P. 7. q. 18.* competit imperium ob illorum creationem & conservationem, Perill. Thom. *Jpr. D. L. 1. C. 3. §. 71. & sqq.* Quicumque enim opus aliquod produxit, non immerito id sibi vindicat, & sua potestate subjectum asserit, quidni E. certis limitibus circumscribere hominum libertatem possit? *supra §. VIII.* Accedit insuper quod hoc summum Creatoris beneficium existentia nostrâ singulis momentis, conservando nos, iteretur. Elucescit hinc Numini jus esse, ex suo nutu & arbitrio omnes nostras actiones dirigere, nulla ergo est ratio, quare nobis obligationem imponere non possit; Quod autem hoc actu fecerit, & imperium in nos exerceat, ipsa nostra nos docet natura. Deum enim ut superiorem quisque agnoscit, id est talem, Cui non solum vires sunt aliquod instigendi contrariantibus, sed & Cui justissima sunt rationes, quare

quare obsequium postulareret, & pro lubitu voluntatis nostræ
 libertatem coarctaret. *Budd. disp. de Principe LL. human. non div.*
solutio ax. 2. Porro cum homo sit capax obligationis, i. e. do-
 gnoscat Deum esse colendum, eique obedientiam præstari-
 dam, *Puff. de J. N. L. 2. C. 6. §. 6.* eo ipso divini Numinis sen-
 tit in se imperium. Talia enim cum in homine sint, post-
 quam quid Deus velit, simulque quid voluntati Ipsius reni-
 tentes mali maneant, significavit, necesse est in homine ratio-
 ne compote oriri metum reverentiâ temperatum, illum qui-
 dem ex ipsius potentia, hanc autem ex consideratione cau-
 sarum, *sect. I. §. V. VII.* imò remoto etiam metu ad creato-
 ris voluntatem accipiendam, vid. *Puff. de J. N. L. 1. C. 6. §. 9.*
§ d. O. H. § C. L. 1. C. 2. §. 4. 5. Et hoc fundamentum imperii
 in ipsis Sacris continetur. Sic enim inquit Jerem. 10. *vs. 6.* *§*
sq. *Ex eo quod nullus est par Tibi, O Jehova, quod maximus es, &*
maximum nomen Tuum POTENTIA. Quis non revereatur Te, Rex
Gentium? cum IN TE CONQUIESCAT ILLA. & vs. 11. Sic dicit
tope illis, Dii isti qui COELUM ET TERRAM NON FECERUNT,
perituri sunt e terra &c. ubi ratio, quare Judæi Diis gentium
 cultum exhibere non possint, fundatur in eo, quod non crea-
 verint terram, cœlos &c. Facit quoque nobiscum *Moyf. A-*
myr. disp. 1. p. m. 22. § sq. qui Dei imperium in homines de-
 ducit, partim ex Dei perfectione omnibusque ejus virtutibus,
 partim ex creatione, partim ex conservatione hominis, add.
Roell. all. diff. §. 96. 97. Perill. *Thomaf. Jpr. D. L. 1. C. 3. §. 69-*
77. Falsum E, est dogma *Hobbesii in tr. d. Cive C. 15. §. 5. § Le-*
viath. C. 31. Jus Dei in homines deducens ex sola potentia Dei, quod
si nemo resistere possit, si enim imperium ex sola potentia vis de-
ducere, sequeretur quod fortiori semper in imbecilliolem sit
imperium, & princeps fortior semper possit jure invadere in-
firmiorem, & sic imperia quotidie variarent. Hoc pessimo
principio usi sunt Galli, qui superatis Alpibus, cum Italiam
invaderent, Romanis de jure belli quærentibus respondebant,
JUS EORUM IN ARMIS ESSE referente *Livio L. 5. C. 36.*
 Hinc quoque *Hobbes all. C. 15. §. 2. § all. C. 31.* pejorem adhuc
 sovet sententiam, dum *Atheos imperio Numinis subjectos negat,* se-
 que-

§ d. O. H.
 § C. L.
 § sq.

queretur enim exinde, principem Atheum nec imperio Numinis obnoxium esse, **QUASI REBELLIS IMPERIO PRINCIPIS ESSET SOLUTUS**, quo tamen nihil magis nefandum dici potest. add. Puff. *de J. N. L. 1. C. 1. §. 10. 11.* Salvum itaque manet, **SOLI CREATORI, ET CHI ID CONCESSUM EST A DEO**, vid. Perill. Coccej. *disp. de princ. J. N. P. 1. q. 2. §. 7. 27.* competere jus in omnes homines, ut creaturas, illosque legibus Ejus obstrictos esse. Jam verò cum homines necessitate hac & vinculo desumpto ex relatione inter Creatorem & creaturam teneantur ad hoc vel illud faciendum, vel ad omittendum, minimè arbitrio illorum relictum est, an velint LL. obedire, annon? Est enim aperta contradictio esse arbitrii & esse necessitatis, esse libertatis & esse vinculi, imò pugna est, Deum concipere tanquam Eminenti-ssimum, simul & abjectum, qui mihi imperat, & tanquam eum, cui possim recte insultare, Puffend. *de J. N. L. 2. C. 3. §. 4.* Cum E. omnibus etiam iis qui summæ potestates in his terris sunt necessitas obedientiam Deo, ut creatori, præstandi incumbat, sententia nostra inconcussa est, **NULLUM HOMINEM POSSE MUTARE JUS N.**

2. Destituuntur imperio.

§. X. Accedit ex dictis 2. homines in Deum nullo gaudere imperio; nam ad illud requiritur, ut is, cui id competit, alteri sit superior, quis autem unquam sanæ mentis affirmare ausus est, hominem Deo superiorem esse? Maximè cum nemini ne quidem in alterum imperium quoddam à natura concessum sit, sed omnes homines in statu naturæ sint æquales & inter se pares, Puffend. *de J. N. L. 3. C. 2. §. 1.* æquales autem sunt, qui æqualia possunt, i. e. qui æquale jus possident. Instructi enim sunt homines æqualibus facultatibus, nemoque privilegio aliquo præ alio est ornatus, omnes homines eodem modo absque ulla potestatis & ordinis differentia in domicilium terræ producti sunt, nullus E. scepra præ alio tenet, sed sunt subditi Dei, Exc. Noodt *disp. de Jure summi imp. §. L. Régia p. m. 6.* Multominus E. homini competit imperium in Deum, ut creaturæ in Creatorem, subdito in imperantem, qui ne quidem habet à natura illud in hominem

ut

ut sibi æqualem. His itaque positis apparet, quod homo LL. Dei mutare vel abrogare nequeat, non enim tulit has LL. cum sint decreta divina, quibus Deus ut imperans homines sibi subiectos obligat, ut ad istius præscripta actiones suas componant, vid. Grot. de J. B. & P. L. 1. C. 1. §. 9. Puffend. de J. N. L. 1. C. 6. §. 4. & de O. H. & C. L. 1. C. 2. §. 2. E. nec illas mutare vel abrogare potest, mutatio enim illa desiderat imperium, quod hoc casu in homine cessat, cui E. non competit totum nec causa, illi nec partes nec effectus competunt, quod enim univèrsim negatur de genere vel toto, id etiam negatur de omnibus ejus speciebus & partibus. vid. disp. Joh. Preiserwerck de jure aggrat. C. 1. §. 2.

Sectio III.

Removet varias objectiones.

§. I.

Sed pedem proferre temporis & disputationis ratio requirit. Plurima autem immutabilitati Juris N. ex sacris ob-
 jectio-
 ciantur exempla, quibus dissentientes thesin nostram infrin-
 gere satagunt. Lubentissime fateor, salebrosam & difficilem
 hanc esse materiam, quæ multorum ingenia eruditissima &
 politissima variis in modis & anfractibus torfit, crucemque il-
 lis fixit. Ita ut quidam huic difficultati succurri posse puta-
 verint, si statuatur duplex Jus N; sc. 1. Jus N. factio creatio-
 nis & conservationis promulgatum, & 2. Jus N. positivum
 universale, quod non ope rationis, sed ex sola divina reve-
 latione cognoscendum, idque promulgatum esse statim con-
 ditto mundo, & iterum post diluvium, ut vult Grot. de J. B. &
 P. L. 1. C. 1. §. 15. n. 2. L. 2. C. 5. §. 13. Scherzer. in syst. Theol. loc. 7. §. 9.
 & loc. 9. §. 9. loc. 27. §. 6. Perill. Thomaf. fpr. D. diff. proém. §. 20.
 41. L. 1. C. 2. §. 117. -- 124. L. 3. C. 3. §. 225. & disp. de crimine bigam.
 §. 8. -- 20. sed in fund. J. N. & G. Cap. proém. §. 14. 15. 16. 20. & L. 3.
 C. 3. §. 2. 3. iterum illud destraxit, add. omnino Ejsd. disp.
 de fundam. desin. caus. matrim. hæctenus recept. insufficientia. §. 147. 148.
 Tale quoque Jus universale agnoscit Ch. Budd, ph. pr. P. 2. C. 2.

E

§. 13.

§. 13. Exc. Ludovici in delin. H. J. N. §. P. U. §. 109. §. 116. Beyer delin. Juris div. N. §. post. univ. præcogn. C. 6. §. 13. §. in ipso tr. C. 8. §. 21. §. 35. §. sqq. David Stavinski disp. de conjug. illegit. indulg. princ. confirmato C. 1. §. 5. §. 21. De hac autem doctrina in sqq. §§. maxime §. VI. pluribus dicendum erit.

Immutabilitati juris N. obj. I. Matrimonium liberorum Adami & Evæ.
 §. II. Immutabilitati E. juris N. objicitur I. MATRIMONIUM LIBERORUM ADAMI ET EVÆ, utpote jure N. prohibitum. Omnibus enim sana ratione utentibus, tales incestuosas nuptias à Deo damnari & juri N. repugnare inscriptum est. Exc. Kestn. Comp. J. U. C. 2. §. 5. Godofr. Berringerus disp. sub præf. Cl. Joh. Christoph. Falckner de Gratia seu jure aggrat. C. 3. memb. 1. Sect. 2. §. 15. Vocibus autem incestuosarum nuptiarum comprehendo incestuosa stupra Cic. de harusp. Resp. C. 3. pr. §. pro Milon. C. 5. incesta adulteria arg. L. 38. pr. L. 39. §. 5. ad L. J. de adult. L. 5. d. quest. incesta fervorum contubernia arg. §. 10. J. de nupt. L. 14. §. 2. 3. d. R. N. junct. L. 3. pr. C. d. incest. nupt. add. L. f. ff. d. R. N. incestos concubinatus arg. L. 1. §. pen. de concub. L. 65. d. R. N. L. 11. §. 1. ad. L. J. de adult. Heidegg. hist. patr. Vol. 2. Ex. 18. §. 5. Non obstat L. 39. §. 1. de R. N. nam Resp. unius positio non est alterius negatio. Talem E. coitum cujus vinculum naturâ matrimonii arctius reddi nequit ut in fratribus & sororibus jure N. prohibitum esse patet I. EX UNITATE CARNIS. Liberi enim ex parentum corpore compositi in mundum quasi ruptis carceris, in quo ante natiuitatem continebantur, repagulis prodeunt, vid. Exc. Rhod. disp. de incestu contra naturam C. 1. §. 6. coagulata paterni feminis & sanguinis in utero matris comprehensi & permixti substantiam referunt. Omnes ab uno sanguine ortum ducunt, mater ipsa etiam tempore uteri ex propria substantia alimenta eis præbet. Hinc in L. 11. C. de impub. subst. dicitur, quod pater §. filius sint eadem persona, quod filius sit sanguis paternus L. 4. de inoff. testam; portio viscerum maternorum L. 1. §. 1. de insp. ventr. L. 42. C. de liber. causa. Imò quamdiu partus nondum editus, homo non recte fuisse dicitur, L. 9. in f. ad L. Falcid. sed vivit ex matre & in matre, add. Sam. van Laher disp. de unit. patr. §. filii. C. 2. ib. 14. & cum separatur ab illa, homo quidem esse incipit, & ex se vivit,

Conjugia fratrum & sororum jure N. sunt prohibita
 L. Ob Unitatem carnis.

vivit, matre etiam mortuâ, non tamen desinit membra sua deberi semini sanguinique parentum Cl. Rhod. *alk. disp. C. 2. §. 3.* Hinc Aristot. *Eth. 18. C. 12.* inquit, quod liberi à parentibus habeant esse, nutrimentum & instructionem. Inde quoque est quod liberi vi-vo Patre rerum paternarum quodammodo domini astantur §. 7. *J. de hered. qualit. & dominium continuare, & magis liberam honorum administrationem consequi dicantur L. 11. de lib. & postb. instit.* Hæc etiam est causa, cur nullus reperiatur affectus, qui vincat paternum *L. 7. pr. C. de curat. furios.* unde sæpe optant, filios se feliciores esse & clariores; hunc affectum paternum parentum cordibus ingenitum, observavit Claudian. *4. Conf. Honor.*

*Aspice completur votum, jam natus adæquat
Te meritis, & quod magis est optabile, vincit.*

Jam verò cum fratres & sorores ex uno eodemque semine creti, antequam coeunt matrimoniumque contrahunt, jam sint una eademque caro, & unum corpus ex eadem carne & corpore, cum proprio coeunt corpore, quod repugnat factò Dei matrimonii NATURA ET ESSENTIA patefacto, quippe quæ exigit UT QUI DUO FUERUNT, FIANTE UNA CARO. Infinitum enim & Omnipotens Numen mari soli aut foeminae unive sexui integram procreandi & generandi non indidit facultatem, sed utrique sexui simul & conjunctim. Cum enim in genere humano duo sint sexus, indubium est, quod alter pro altero sit creatus, ita ut conjunctio duorum diversi sexus requiratur, quo minus hominum stirps exarescat, & consequenter genus humanum tollatur. Cl. Gundl. *Via ad Verit. P. 3. C. 25. §. 2.* Exc. Bodinus *disp. de conjugio illicito tb. 3.*, add. omnino elegantissimus locus Dionis Cassii *L. 56. pr.* Unus enim homo ad æternandum genus humanum non sufficit, spes nimium vana est, ut mas effusione seminis sobolem procrearet, nisi id ipsum in utero muliebri cum sanguine & semine materno permisceatur, quo tandem ex receptione intra vas & commixtione seminis utriusque fingatur partus; sic quoque mulier seipsam nunquam imprægnabit. Deus E. voluit utramque personam in hominum procreatione simili officio fungi, §. 5. *J. de exhered. liber., & utrumque eorum cooptavit*

pravit ad generationis opus Nov. 18. pr. C. 4. Hinc ergo fuit Deum voluisse, ut mas & foemina in actu generationis unum integrum constituant, inque unitatem carnis naturaliter transeant. Dissentit Beyer *all. tr. C. 26. §. 45.* & Exc. Dn. de Lyncker *Resp. 6. §. 17. 23. 88. 91.* rationem addens, quoniam alias frater sororem suam initio ducere non potuisset, & §. 69. Deum nuptiis eorum omnino benedixisse. Ob eandem rationem adspicatur ei Schultz *disp. Non macchaberis th. 8. p. 38.*, eadem ratio quoque affertur in *subnexo Resp. Theol. Helmsf. d. 1668. 9. Aug. ratione decid. 2. pag. 41. & 44.* Item in *judicio Cl. Conringii subnexo*, add. Hopp, ad §. 2. J. de nupt. & Cl. Bodin. *all. disp. th. 8.* Sed huic dubio satisfacit *sq. §. V.* Hanc ergo unitatem carnis per matrimonium demum introducendam Christus demonstrat *Marc. 10. vs. 7. & 8.* inquit, *Mas & foemina unum carnis erunt, qui duo fuerunt, erunt una caro*, add. *Gen. 2. vs. 24. Matth. 19. vs. 5. 6. 1. Corinth. 6. vs. 16. Ezech. 5. vs. 31.* Imò ipse Deus hoc in primis parentibus patefecit, eò, quod Eva ex Adami latere formata sit, quæ unitas licet in reliquis conjugibus cesset, nihilominus per eam sapiens Creator artificissimam conjugum conjunctionem adumbrare voluit, vid. Sam. van Laër *all. disp. C. 2. th. 4.* Heidegg. *hist. Patr. Vol. 1. Ex. 4. §. 21.* add. Owenus *Lib. 3. epigr. 19.* Huic E. voluntati Creatoris & naturæ matrimonii repugnat conjunctio fratrum & sororum, qui jam unam carnem ante conjunctionem constituunt, add. Cl. Rhod. *all. disp. C. 2. §. 3. 4. C. 3. §. 12.* Hanc itaque unitatem carnis Deus ut rationem prohibitionis allegat *Levit. 18. vs. 6. Nemo hominum ad ullum propinquum sanguinis sui accedito, ad retegendam nuditatem, Ego sum Jehovah, qui textus à pluribus interpretatur de reliquiis carnis aut sanguinis aut cognationis*, Joh. Clericus vertit *Carnem carnis*, vid. Heidegg. *all. Vol. 1. Ex. 18. §. 12. 13.* Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 3. C. 3. §. 129.* Joh. Barth. Niemaier *diff. de conjug. consang. §. 15.* Exc. Dn. de Lyncker *all. Resp. §. 10. 13.* add. Selden. *II. Hebr. C. II.* Exc. Mastricht in *not. ad Moyf. Amyr. disq. 4. p. 181. 182.* Cl. Titius *disp. de polyg. incestu & adult. Jure N. prohibitis C. 2. §. 5. & sqq.*

2. Ob san-
timoniam

§. III. Ex his 2. resultat, quòd, cum fratres & sorores sint pars corporis paterni, frater sororis, & soror fratris cor-
pori

pori eandem debeat reverentiam, ac si esset patris vel matris *et reverentiam* corpus. Jam autem inter homines liberis nihil magis sanctum esse oportet, quam corpus paternum, unde editi parentes *corporum*. enim procreando sunt secundi creatores, eoque ipsis maxima post Deum reverentia debetur & sanctimonia, & quidem utriusque æqualiter *arg. L. 6. d. in jus voc. L. 4. d. curat. furiosi*. cum qua sanctimonia pugnat conjunctio corporum, qualis fit in matrimonio, dum liberi honorem debent parentibus, is honor per hanc conjunctionem violatur. Summus enim naturæ horror est, detectis parentum pudendis, naturalem habentibus pudorem, ex parentum semine componi, in utero firmari, ali, defendi & deinceps spretâ hac sanctitate vicissim cum iis combinari *Cl. Bodin. de conjug. illicit. th. 6.* Hinc in Sacris ratio prohibitionis istarum nuptiarum quoque ponitur in NUDITATE, *Gen. 18. vs. 7. Levit. 20. vs. 11.* Membris enim genitalibus naturalis inest pudor, ex illis sordes & excrementa non sine summo, quem natura fugit humana, foetore ejiciuntur, sunt membra ex quibus inter sordes & lacrymas generamur. Hinc *Cic. 1. de Off. C. 35. pr.* inquit, *Quæ partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ, eas contextit atque abdidit, hanc tam diligentem naturæ fabricam imitata est hominum verecundia, que enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remonent ab oculis, ipsique necessitati dant operam, ut quam occultissime pateant.* Porro partes istæ sunt sedes cupiditatis omnium turbulentissimæ, & vehementissimum pravorum affectuum æstrum excitant, quod patet exemplo protoplastorum. *Gen. 3. vs. 7. 1. Corinth. 7. vs. 9.* add. *Plutarch. 1. symp. q. 5. Ovid. 2. fast.*

Quid non amor improbus audet?

Claudian. L. 2. de laude Stilic. vs. 132. et sqq. Seneca N. Q. L. 1. C. 16. Puff. de J. N. L. 6. C. 1. §. 31. pr. Perill. Thomaf. Jpr. D. L. 3. C. 2. §. 38. 39. 240. et sqq. Hinc natura pudorem illis impressit, & ob deformem aspectum in secreto quasi posuit, vid. *Cic. all. 1.* & apud omnes ferè gentes illæ corporis partes à pudore nomen fortiuntur. Nuditas autem illa eò turpior est, quò majorem iis, quibus eam detegimus, honorem debemus, quod

quod patet exemplo Chami, *Gen. 9. vs. 21.*, qui nuditatem patris non texerat, ideoque à Noëcho maledictus, multo magis E. revelatio membrorum in coitu repugnat sanctimoniam corporis paterni. Hinc apud Romanos liberis non fuit permiffum, cum parentibus fuis lavari, fine dubio propter nuditatis turpitudinem, vid. Val. Max. *L. 2. C. 1. ex. 7.* & Plutarch. *inqueft. Rom. 40.* Cicer. *all. C. 35. in f.* Accedit exemplum virginum Milesiarum, quæ à confilio fe fufpendendi ipfas hoc folo deterritæ funt, quod lex lata, ut nudæ fufpenderentur ex feneftris, referente Gellio *N. A. L. 15. C. 10.* quo ipfo agnoverunt obfcœnitatem inefle nuditati & membris genitalibus. Unde & congressum hunc inter parentes & liberos omnes fere gentes atroci fatis nota, atroque carbone notarunt, vid. Alex. ab Alex. *D. G. L. 1. C. 24.* Tiraquell. *de LL. connub. L. 17. n. 30.* § *sqq.* Ovid. *Metam. 7. vs. 388.* § *L. 7. vs. 300.* Hygin. *fab. 353.* Brouerus *de J. Conn. L. 2. C. 10. n. 2.* Jer. Taylor *in doct. dubit. L. 2. C. 2. §. 18.* § *sqq.* Grot. *de J. B. § P. L. 2. C. 5. §. 12.* Perill. Cocc. *diff. de regio partu incerto, prol. §. 5.* Perill. Thomaf. *Jpr. div. L. 3. C. 3. §. 137.* § *sqq.* Sanchez. *de matrim. L. 7. diff. 51. n. 7.* Cl. Rhod. *all. diff. de incestu contra naturam C. 3. §. 10.* Vinn. *ad §. 1. J. de nupt. n. 2.* Monftrofum aliquid in eo agnofcit concubitu Seneca *Thebid. vs. 134.* § *sqq.* § *in Oedip. vs. 1025.* § *Agam. vs. 34.* Plato *L. 8. de LL. non fcriptam fed divinitus latam legem dicit, ne parentes § liberi mifceantur,* add. Exc. Lyncker *Resp. 6. §. 13.* De incestu Perfærum vid. Briffon. *de regno Perf. L. 2. p. 229.* § *sqq.* Exc. Du. Maltricht *in not. ad Moyf. Amyr. diff. 4. p. 169.* & de aliis populis *pag. 168.* add. *§. 1. J. de nupt. Nov. 11. C. 1. L. 17. L. 39. 54. 56. 68. de R. N.* Borcholt *ad §. 2. J. de Nupt. n. 6.* § *sqq.* Jam vero, cum fratres & fiores funt pars corporis paterni, & carnis fanguinisque materni participes facti, eandem, licet forfan non tanto gradu, fibi invicem exhibere tenentur reverentiam & sanctimoniam, ideoque ob eandem hanc rationem, nuptias parentum & liberorum prohibentem, fratribus & fororibus interdicta funt conjugia, Heidegg. *all. Vol. 1. Ex. 1. §. 13.* Sanchez. *all. L. 7. diff. 52. n. 11.* conf. Puff. *de J. N. L. 6. C. 1. §. 31. 32.* Chrif. Lœb. Orlam *diff. de LL. N. fecdnda-*
rijs

riis ad LL. *matrim. Sc. C. 6. §. 11. 12.* Alia adhuc referunt argumenta Cl. Kestn. *J. N. C. 4. §. 20. 21.* Cramer. *de incestu juris Gent. C. 1. §. 2.* Titius *all. disp. de polygam. incestu Sc. C. 2. §. 8. §. sqq.* quos nolo excubere: aliter adhuc inter ascendentes & descendentes, non etiam inter fratres & sorores, prohibitas, ex solo nempe jure positivo, nuptias probat David Stavinski *all. disp. de conjug. illeg. indulg. princ. confirm. C. 2. §. 9. §. sqq.* Egregius est locus Q. Curtii *L. 3. C. 2.* qui cum vellet Alexandri M. castitatem demonstrare, & quod non senserit affectum Venerisque stimulos erga Darii uxorem filiasque, inquit, *quod eas aspexerit tanquam sorores.* Imò Plato *L. 8. d. LL.* talia matrimonia Deo *invisa* & omnium turpissima vocat: Hoc agnovit Cambyfes Persarum rex ut narrat Herodot. *in Thal. L. 3.* Antequam incestum, inquit, cum sororibus Atosta & Meroë committeret, accersitos judices, (en conscientia repugnantiam) percontatus, num quæ lex esset, quæ cum sorore nuptias contrahere PERMITTERET, illi metu tyranni responderunt, nullam se invenire legem, quæ fratri cum sorore id PERMITTERET, sed aliam reperisse se legem, quæ licet Regi Persarum facere quicquid libeat. Testatur etiam *ibid.* Herodotus ante Cambysem Persas nondum consuevisse sorores ducere, & Cambysem LABORASSE, seu dubium hæsisse, PROPTER REI INSOLENTIAM, in ducenda sorore. add. Barn. Brifson. *de R. Pers. L. 2. p. 229. §. sqq.* Agathias *L. 2. Exc. Mastricht all. pag. 169.*

§. IV. Conjugia fratrum & sororum NATURA esse 3. Ob prohibita confirmatur, imò probatur. *Levit. 18. vs. 24. §. C. 20. eas gentes. vs. 23.* Deus enim *all. l.* gentes gravissimè punit, terrisque suis ejicit, & extirpat, & ideo Deus, populos istos excidio & intertione se deleturum esse, profiteretur, *quod illis OMNIBUS sceleribus, quæ dictis ll. enumerantur, se polluisent, fecissentque execrabiles.* Sic enim inquit Jehova *d. C. 18. vs. 24.* Ne polluito vos ULLO HORUM, quia OMNIBUS his POLLUTÆ sunt gentes istæ, quas dimitto à facie vestra, & *vs. 26.* Sed vos observaturi estis statuta mea, neque facturi ULLAM EX OMNIBUS istis abominationibus (nam OMNES abominationes istas fecerunt homines istius terra, quæ vobis exposita, unde POLLUTA EST IPSA TERRA,) ut non

ut non evomat eadem terra vos, quum POLLUERITIS eam. add. *vs. seq.* Sic quoque *all. C. 20. vs. 23.* inquit Deus, & iteratis verbis inculcat, *Quia OMNIA ista fecerunt, IDEO tadeit Me eorum*: Hoc autem absque injustitia dici non potuisset, nisi istæ LL. gentibus iis notæ fuissent, *Beyer all. tr. C. 5. §. 58. 59. C. 8. §. 37. 47.* idque non ex revelatione peculiari (de qua nec ipsis nec nobis constat) sed ex naturæ ipsius lumine, *Grot. L. 1. C. 5. §. 13.* Perill, *Coccej. Resol. dub. contra hypoth. de princ. J. N. §. 16. n. 6.* Vinn. *ad §. 2. J. de nupt. §. ad §. 6. n. 6.* Etenim nullum delictum & scelus esse potest sine lege, nulla lex obligat nisi nota, Deus autem populos istos condemnat & punit ob delicta, quod ex solo jure N. fieri potest. Non enim 1. illis promulgatæ sunt leges hæ Judæorum, imò jam ante hanc promulgationem istis sceleribus se polluerunt, ipsisque cognita fuerunt leges. *vid. Clar. Toullieu disp. de incestu §. gradibus L. div. prohib. §. 17. §. sqq.* Cel. *Rhodium all. disp. C. 2. §. 2.* Heidegg. *all. Vol. 1. Ex. 1. §. 13.* Perill, *Thomas. Jpr. D. L. 3. C. 7. §. 135. §. sqq.* Orlam. *all. disp. d. LL. N. secund. C. 2. per tot. 2.* nec hæ leges possunt referri ad Jus N. positivum universale, ut putat *Exc. Lyncker all. Resp. 6. §. 10. 13. 15.* David *Stavinski all. disp. C. 1. §. 5.* aliique. Non enim datur jus N. positivum universale, Autor *all. disp. sub præf. Dn. Præsidis de causa oblig. Eccl. Sect. 3. §. 33.* add. *infra §. 17.* Imò in omnibus prohibitionibus est ratio naturalis, sc. vel a) unitas carnis reperitur, b) vel ex lumine naturæ apparet, semen suum non esse perdendum & enecandum. Semen est enim pars corporis humani longe præstantissima, novæ menti hospitium præbitura, quod adeo pro lubitu profundere, aut perdere neutiquam in hominis positum est arbitrio, *Cl. Budd. ph. pr. P. 2. C. 4. Sect. 3. §. 8.* add. *Perill. Thomas. Jpr. D. L. 3. C. 7. §. 136.* vel c) in eodem sexu non cohabitandum esse. Quæ omnes, ut dixi, rationes sunt naturales, licet eas non agnoscat *Cel. Ludovici in delin. H. J. D. N. §. Pos. univ. §. 109. §. 116.* qui tamen à seipso *all. §. 116.* dissentit verbis, *Jam verò EX SOLO RATIONIS LUMINE* (sed jus N. sola ratione nititur, ut ipse inquit *§. 109.*) *etsi sacræ Scripturæ destituamur, ille prohibitiones* (nempe *Levit.*

Levit. 18.) *Et quod matrimonia inter proximos consanguineos inita sunt tam horrenda crimina, cognosci potest, ut nemo iuste negare nequit.* Sic etiam Beyer *all. tr. C. 8. §. 84. Et seqq.* hos omnes casus ad LL. positivas universales refert. Deus itaque gentes ob OMNIA hæc delicta punivit, dissentit Exc. Lyncker *all. Resp. 6. §. 26. Et 98. & Grot. de J. B. Et P. L. 2. C. 5. §. 14.* qui exterminium illud gentium *Levit. 18. vs. 24. 29.* non ad omnes prohibitiones d. C. contentas pertinere dicunt, sed, pace illorum, hæc dicuntur, non probantur, nam tam generalitas istius pœnæ *Levit. 18. vs. 3. 24. 27.* quam ratio omnia prohibitionum contrarium evincunt. Nec quadrant Exc. Lynckeri rationes in §. 13. Et 95. adductæ sc. a) *quasdam species in all. C. 18. matrimonii contineri, quas ipse Deus in populo suo antea permisit, nam Resp. permissio & tolerantia ab approbatione toto cœlo distant, vid. infra §. XXI. b) Deum postea matrimonium quoddam si consummatum fuerit, nempe inter amitam tolerasse, Lev. 20. vs. 20. quod tamen C. 18. vs. 21. prohibuit, sed eadem est responsio, & dum Deus all. C. 20. vs. 20. pœnam addit, satis indicat se summo illud odio prosequi, licet non expresse addat, illud necessario esse dirimendum, sufficit prohibitum esse, c) inquit plurimas species harum prohibitionum minime esse naturales, sed morales positivas, Resp. naturales non esse nondum ab ipso probatum, & leges positivas morales hoc casu non dari, demonstravimus *sect. II. §. VIII. instat §. 22. prohibitiones has suere ex beneplacito Dei, Resp. omne præceptum exinde oritur. Imò Ipse §. 99. se redarguit, dum gentes LL. moralibus non obstrictas tradit, cum tamen Deus eas ob dicta delicta condemnet, sequitur E. leges istas ex naturalibus desumptas esse. Huic autem Responso 6. addi poterit Resp. 126. quod in plurimis partibus priori responderet. Dissentit quoque à nobis Sanchez, de matrim. L. 7. disp. 52. n. 6. Cum itaque omnes istæ prohibitiones sint juris N. & istæ quoque conjugia fratrum & sororum comprehendant, uti patet *Lev. 18. vs. 9. Et C. 20. vs. 17. Deut. 27. vs. 22.* ubi Deus in concumbentes fratres & sorores maledictionem innotat, sequitur, quod matrimonia illorum & coitus sint contra naturam sive jus Nat. Heidegg, *all. Vol. 1, Ex. 18, §. 2.* vid. *disp. inaug. viri Magnif. Lub.***

F

For-

Resolvitur,
matrimo-
nia libero-
rum Ada-
mi & Eve
non inferre
mutatio-
nem J. N.
1. Vel quod
nunquam
hic casus
sub probi-
tione ve-
nerit.

§. V. Sed sicine omnes homines ex damnato coitu & incestu nati? Sicine Deus præcepit injusta? dum matrimo-
nium liberorum Adami & Evæ iussit, ideoque Jus N. mutavit?
Minimè, nam Resp. 1. vel ex Sect. II. §. VIII. Deum ab æter-
no hunc casum excepisse, & sub lege non comprehendisse,
E. respectu eorum fuit actio non restricta, & licita, adeo-
que coitus ille summâ iniquitate dicitur incestus. Deus E.
non iussit injusta, sed licita, nec voluntatem suam hic muta-
vit; ad Cl. Toullieu *all. disp. §. 14.* Perill. Coccej. *disp. de*
princ. J. N. P. 1. q. 2. §. 41. & P. 2. Sect. 1. obs. 13. n. 15. 20. Cramer.
de incestu juris Gent. C. 3. §. 8. Kestner. *de J. N. C. 1. §. 15.* Titius
disp. de polyg. adult. &c. C. 2. §. 13. Meieri *lex Christi diss. 2. C. 2. §. 32.*
Rhod. all. disp. de incestu contra nat. C. 3. §. 18. 19. Perill. Coccej.
in Lect. ad Grot. L. 2. Cap. 5. §. 15. Vinn. *ad §. 1. J. de nupt. n. 1.* Sic-
que lucem accipit sententia Grotii *L. 1. C. 1. §. 19. in f. & L. 2.*
C. 5. §. 13. quod tales nuptias jus N. non simpliciter damnet, sed in certo
tantum statu, quam & defendit Heidegg. all. Vol. 1. Ex. 5. §. 43-
sc. quod nuptiæ istæ respectu liberorum Adami non fuerint ince-
stus, quia, ut jam dixi, hic casus non fuit comprehensus
sub régula generali. Alias hujus quæstionis resolutiones vid.
apud Heidegg. all. l. §. 40. & sqq. sicque hoc casu non fuit mu-
tata lex; sed objectum legis ex certis circumstantiis tempo-
ris & personarum.

Pet 2. ex
diversarū
legum col-
lisione.

2. Vel ita responderi poterit. Notum est in considera-
tione officiorum vel legum, quibus jure N. obstricti sumus,
& quæ ex illo descendunt, quod sæpius contingat concursus
variorum officiorum, sed quæ simul eodem tempore expedi-
diri nequeunt, sic ut illud faciendum, hoc necessario omit-
tendum sit; & tunc videndum erit, quodnam præceptum sit
magis necessarium, aut quod prævaleat, seu præstantius, tunc
enim secundum communem DD. & veritatis sententiam stan-
dum est fortiori, vid. Hopp. *ad §. ult. J. de J. N. G. & C. in f.*
Wesemb. de J. & J. n. 15. Puff. *de J. N. L. 2. C. 4. §. 18. C. 5. §. 10.*
& sqq. Perill. Thomas. *Jpr. D. L. 2. C. 2. §. 123. usque ad fin. & pas-*
sim.

sim. Stryk. disp. de jure necessitatis. C. 1. §. 5. inf. Agnovit id Cic. 1. de offic. inquit, non solum honestum an turpe deliberari solet, sed in duobus propositis honestis, utrum honestius, add. Idem L. 2. de invent. Oportet leges contendere Sc. Idem quoque dicitur in L. 13. ff. de LL. benignius LL. interpretanda sunt, quo voluntas earum conservetur: quæ certe alia esse non potest, quam ut semper præstantius eligatur, quodve magis necessarium est. Sic constitutis in vitæ discrimine simul filio & extraneo, pater tenetur suppetias ferre filio præ extraneo, add. Rob. Scharrok in hypoth. Eth. C. 12. Beyer all. tr. C. 19. §. 78. & sqq. Jam verò in matrimonio hoc fratrum & fororum duæ concurrunt leges juris N. A) ne accedas ad carnem carnis tuæ, quæ repetita Levit. 18. vs. 6. B) quod debeant conjugia inire, & immortalitatem humano generi conciliare, quæ itidem est juris N. Isto autem tempore utraque lex impleri non poterat, aut enim generi humano fuisset pereundum, & in ipso quasi partu illud extinguendum unius ætatis spatio, Puff. de J. N. L. 6. C. 1. §. 2. dum soli liberi Adami extarent, aut illi matrimonia inter se ineundi necessitate adstringebantur, tertium non dabatur, sicque cessabat prior lex. Quæritur E. quodnam præceptum respectu eorum fuerit fortius? Resp. posterius, scilicet multiplicatio generis humani: Deus enim totum hoc universum creavit, ut inde potentia Ipsius stupenda sapientiaque infinita (dum nihil facit frustra) elucescerent, hæc non bruta sed homo cognoscit, ideoque homo creatus ut laudes Dei celebret, Heideg. all. Vol. 1. Ex. 2. §. 54. Bodin. disp. de restring. libert. matr. ineundi th. 1. hoc homo facere mortuus nequit, E. dedit ei Deus jus vivendi, Exc. Budd. ph. pr. P. 2. C. 7. Sect. 3. §. 3. vitam sine creaturis sustinere nequit, Cl. Kofn. J. N. C. 2. §. 1. Beyer all. tr. C. 20. §. 1. & sqq. quæ omnia ipsius causâ creati sunt, ut illis uti possit §. 3. de A. R. D. L. 27. de hered. petit. add. Gen. 1. vs. 26. 29. Ovid. 1. Metam. fab. 2. Cic. de off. L. 1. C. 22. Tacit. Ann. L. 13. C. 21. Puff. de J. N. L. 4. C. 3. §. 2. Clar. Titius disp. de polyg. incest. Sc. §. 2. Propagatio autem obtineri non potuit, nisi liberi protoplastorum conjugia celebrassent. Fortiorem E. respectu eorum hoc præceptum; quam illud de non acce-

dendo ad carnem earis suæ, obligationem inducebat. Cef-
fabat E. pöfterius hoc tantisper sine obligatione, usque ad
tempus multiplicati generis humani, quo ipfo patet, quod
non violaverint hoc præceptum, sed illo non obstricti fuerint,
ad impossibilia enim nemo obligatur L. 185. de R. J. add. Beza
de repud. & divort. p. m. 33. Exc. Kestn. all. l. C. 4. §. 1. Puff. de O. H.
& C. L. 2. C. 2. §. 2. Titius all. disp. §. 3. Bodin. disp. de divort. con-
jug. propter delictum th. 1. Beyer all. tr. C. 26. §. 9. 10. Budd. all. C.
4. Sect. 10. §. 4.

Non autem
ex jure N.
positivo
universali
resolvi
potest.

§. VI. Sed tenendum, quæstionem hanc de conjunctio-
ne liberorum Adami facilius resolvi, immutabilitatemque Juris
N. sartam tectamque conservari posse, si quorundam sententiam
(modo non obstarent dicta §. 2. 3. 4. hujus Sect.) amplecti
possemus, qui in ea sunt opinione, connubia parentum & liberorum
non esse objectum legis N. sed alterius legis divinæ, & quod incestus reli-
quarum personarum non determinetur lege N. sed positivo universali, de
qua Perill. Thomaf. Spr. D. L. 3. C. 3. agit vid. Idem L. 3. C. 2. §. 246.
247. Sic quoque Grot. de J. B. & P. L. 2. C. 5. §. 12. dicit, nullam soli-
dam rationem dari posse, cur incestus contra naturam sit; sed fallit &
fallitur, vid. omnino Cl. Rhod. disp. all. de incestu contra naturam.
L. 3. §. 13. Causa hujus doctrinæ est, quod societas constitua-
tur ut fundamentum obligationis legis N. (ut facit quoque
Puff. de J. N. L. 2. C. 3. §. 14. & C. 4. §. 1. qui tamen obligationem ju-
ris N. dicit esse à Deo, add. de O. H. & C. L. 1. C. 3. §. 9. vid. Perill.
Coccej. disp. de princ. J. N. P. 1. q. 2. §. 8. & sqq. & P. 2. Sect. 2. ad
§. 101. n. 6. & sqq. & ad §. 103. n. 3. & sqq. Cl. Ludov. delin. H. J.
D. N. Sc. & §. 102. & sqq.) ex qua demonstrari prohibitio ince-
stus nequit, Perill. Thomaf. d. C. 2. §. 221. sed Ipse in fund. J.
N. L. 3. C. 2. §. 37. coitum tam in linea recta, quam collateralis inter
fratres & sorores agnoscit ut incestum juris gentium, & regulis honesti
& decori repugnantem. add. §. sq. 38. Sed num ratio, quam ad-
dic, sufficiat, valde dubito, dicit enim, quod ideo prohibeantur,
quia apud omnes populos, fratres & sorores simul educantur, sed pro-
hibitionis ratio est petenda ex unitate carnis supra §. 11. III.
Præterea ipse in Spr. D. L. 3. C. 3. §. 2. connubia LL. positivis univer-
salibus munta asserit, illas tamen LL. iterum in fund. J. N. L. 3. C. 3.
§. 3.

§. 3. destruit, utpote quod à nemine hactenus debite probata sint, & non existant, §. 3. Nihilominus tamen Christ. Loeb. Orlam. all. disp. de LL. N. Secund. ad LL. matrim. de incestu Levit. 18. Sc. C. 5. §. 5. in f. ita argumentatur, fratres sororibus misceri turpe est, sed Deus voluit olim ut Adami filii miscerentur sororibus, E. hoc non per se sed tantum ex voluntate Dei turpe, & naturaliter quidem notum est, exinde deducit C. 7. §. 1. Leges N. secundarias dari, quæ sua natura & per se non morales sunt, sed tantum ex voluntate Dei, quas tamen §. 3. hominum cordibus inscriptas affirmat, (add. Beyer. all. tr. C. 9. §. 30.) & in §. 4. Deum posse circa illas LL. dispensare, non secus ac princeps circa sua placita. Sed Resp. ex Sect. II. §. VIII. nulla res moraliter per se & antecedenter ad voluntatem Dei turpis est, sed omnis turpitudine vel bonitas omnisque legis vis à sola dependet creatoris voluntate, quæ tamen cum iustitia & sanctitate convenit: Corruit E. resolutio hujus quaestionis de conjunctione liberorum Adami. Jam verò cum illud jus positivum secundum ejus sententiam hominum omnium cordibus inscriptum sit, sequitur quod sit ipsum Nat. vid. Gundl. via ad verit. P. 3. C. 1. §. 74. 75. affirmat enim quod illo jure obligentur omnes gentes, quæ solius est juris N. virtus. Præterea ita sentientes concedunt, jus hoc positivum innotescere ex revelatione Ludov. all. tr. §. 114. Budd. all. disp. Princip. LL. human. sed non divin. solut. propos. 1. & demonstr. Idem pb. pr. P. 2. C. 4. Sect. 1. §. 9. Hanc autem revelationem esse univalem & promulgationem ad omnes pervenisse, nemo hactenus probavit. Perill. Coccej. in resol. dub. contra hypoth. d. princ. J. N. §. 26. n. 1. Frustra E. gentes obligatas dicimus illis legibus, quarum nullam consecuti sunt notitiam, lex enim debet esse nota, Puff. de J. N. L. 1. C. 6. §. 13. & si promulgatio harum probetur, tum sano sensu sub jure N. comprehendî possent, neque ab eo essentialiter essent distinctæ, Stryk. ad Lauterb. de J. & J. p. 6. sed solo modo promulgandi. Utrumque enim tam jus N. quam positivum erit divinum ex sola Dei voluntate ortum, Deus autem constituit jus omnibus hominibus vel certo populo, posterius falsum est de hoc positivo, si prius E. verum, ipsum est Jus N. lis E. tandem est in

verbis, modus enim promulgandi non variat ipsam legem. Fal-
sum itaque ex supradictis est, *all. C. 7. §. 4.* quod Deus possit
dispensare circa illas leges, add. Cramer. *de incestu juris Gent.*
C. 3. §. 4. § sqq. Puff. *de J. N. L. 2. C. 3. §. 4.* Perill. Coccej. *all.*
disp. depr. J. N. P. 2. Sect. 2. ad §. 101. n. 5. *§ in resolut. dub. §. 3. n. 5.*
§ sqq. & Auctor *all. disp. de causa oblig. Sc. Sect. 2. §. 5. 6. 7. & all.*
à nobis Doctores supra Sect. II. §. VIII.

II. Obj.
Fratrici-
diam Caini.
Generalia
de pœnis.

§. VII. Obj. II. immutabilitati juris N. FRATRICIDI-
LIM CAINI, quod Deus morte non punivit. *Gen. 4. vs. 14. 15.*
cum tamen Jure N pœna mortis in homicidas voluntarios
& dolosos sit statuta. Hoc ut ed clarius pateat, notandum
est, quod pœna secundum Grot. *de J. B. § P. L. 2. C. 20. §. 1.* di-
catur malum passionis quod infligitur ob malum actionis. Budd. *ph. pr.*
P. 2. C. 5. Sect. 1. §. 5. Est enim pœna privatio boni alterius à
nobis ablati, in emendationem communem civium & repa-
rationem injuriæ, add. Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 3. C. 7. §. 28.*
Gundl. *via ad verit. P. 3. C. 34. §. 20.* Budd. *all. C. 5. Sect. 1. §. 9.*
pœna E. ut effectus infligitur ob delictum ut causam, nihilque
est quam delicti æstimatio. *L. 41. depœn. Kestn. J. N. C. 12. §. 2.*
utrumque in privatione boni consistit, & in eo materialiter
conveniunt. Budd. *all. P. 2. C. 4. Sect. 4. §. 2.* Formaliter vero
toto coelo differunt. In delicto enim fit privatio per summam
injuriam, dum agens excedit terminos facultatum à Deo
concessarum, in pœnis autem per summum jus, sic ut malum
actionis pariat malum passionis, & deterreantur reliqui, u-
niusque calamitas sit metus multorum. Porro in delictis fit
privatio boni ab eo cui jus illud à Creatore denegatum, ideo-
que à privato Perill. Coccej. *in Leviath. refut. §. 9. 10.* pœna
autem infligitur à magistratu, qui vicariam Dei in terris exer-
cet potestatem, Ejusque vice jus administrat, Perill. Coccej.
disp. de jure prel. exitu Sect. 1. §. 4. Exc. Kestn. *all. C. 12. §. 5.* Prin-
ceps E. habet jus puniendi non ideo quod omnia jura nostra
(unde populo est superior Puffend. *de J. N. L. 7. C. 6. §. 5. § sqq.*
Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 3. C. 6. §. 116-119.*) in eum transtuli-
mus, quia nemo facile jus sibi malefaciendi in rempubl. trans-
tulisse censetur, imò nemo solus habuit jus puniendi alterum,
quia

quia deficitur imperio, E. nec illud transferre potuit, uti recte dubitat Puff. *L. 8. C. 3. §. 1.* sed fuit hoc ex jure arcendi unumquemque ab eo quod nostrum est. Dum enim hoc jus in republ. eo ipso quoque puniendi alterum si nos vel nostra invadat, transtulimus, unusquisque enim hoc jus arcendi republ. contulit, adeoque cum singuli hoc fecerint, in omnes jus arcendi principi quaesitum est. Perill. Coccej. *disp. de jure vict. diverso à jure belli §. 4.* Puff. *all. L. 7. C. 4. §. 3.* (Dissent. Beyer. *delin. juris D. N. Epof. Um. C. 31. §. 30. §. sqq.*) Siquidem potestas illa judicandi & imperandi ab initio totius generis humani in singula membra fuit. Natura enim constituit quandam societatem naturalem, vid. *L. 3. ff. de J. & J.* societas autem habet jus in singula sua membra, E. & in ea exercendi habet imperium. Perill. Coccej. *posit. XIII.* ibique Cramer. §. 3. Idem *diff. de summa potest. §. 2. 4.* Selden. *J. N. L. 1. C. 10. L. 7. C. 4. 5.* Sed aucto genere humano territoria finibus & pluribus societatis subordinatis, quas civitates vel republ. communiter vocant, sunt divisa, eoque juris dicendi potestas est divisa, sic ut singulae civitates jus habeant in suos cives, ut totum genus humanum habebat in omnes, illa enim est hujus portio, add. Cram. *all. l. §. 4.* Perill. Coccej. *disp. de dominio orbis C. 1. §. 8.* Nec hoc repugnat fini & intentioni creatoris & legislatoris, sufficit enim naturae intentioni satisfactum esse, si per partes & coetus divisum genus humanum exerceat imperium; maxime cum in totum genus humanum collectivè non possit exerceri. Exc. Noodt *diff. de jure Summi imp. §. L. Reg. p. m. 10. 11.* Summa E. potestas consistit in summo munere tuendi jus publ. & privatum, quorum causa omnis potestas omnique imperium unice est constitutum, Perill. Coccej. *all. disp. de jure vict. §. 4.* eoque legitimus magistratus à tyranno distinguitur, cujus factum est injuria, non juris seu justitiae defensio: Exc. Noodt *all. diff. p. m. 5.* talisque persona non publica sed privata est, non sacro sancta sed abominabilis. Perill. Coccej. *disp. de imperio in pares §. 3.* Omnis autem poena est vel reparatoria vel emendatoria. Reparatoria, (quæ propriè non est poena, sed damni reparatio, Gundl. *P. 3. C. 35. §. 39.*) est quando id

do idqu od ablatum restituitur, Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 2. C. 2. §. 15. 16.* & quidem per restitutionem ipsius rei, vel si hæc fieri nequeat, ut ejus æstimatio cum omni interesse læso satisfiat, §. *sq. 26.* Obligatio enim ex delicto tum demum tollitur, si pœnam jure debitam PERFECTE damnatus sustineat, Clafen. *de jure aggrat. C. 12. p. 129.* Joh. Preißwerck *all. disp. de jure aggrat. C. 2. §. 22.* Et hæc pœna est juris N. & injuria tandiu manet, quamdiu damnum, indeque sequitur, quod sit indispensabilis, Dissentit Grot. *de J. B. & P. L. 2. C. 20. §. 4.* putans nocentibus quidem non fieri injuriam, si puniantur, inde vero non sequi, omnino puniendos esse, sed falsum hoc est de pœna reparatoria 1. ob conservationem juris inter homines, §. *sq. VIII. 2.* ob perpetuam connexionem læsionis ejusdemque restaurationis: *ibid.* 3. puniri debent homines quia peccatum est, ne porro peccetur §. *9.* Pœna autem *Emendatoria*, aliàs communi politicorum stylo medicinalis, ideo infligitur, ut delinquens emendetur, (qui finis tamen cessat in pœnis capitalibus,) vel ut cives communiter emendantur, Exc. Kestn. *J. N. C. 12. §. 4.* Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 3. C. 7. §. 43. 44.* Beyer. *all. tr. C. 31. §. 83.* qui est finis perpetuus, ex quo etiam fluit assecuratio reliquorum civium, ut ipsi tuti ac securi sint à tali crimine, vid. Senec. *de Clement. L. 1. C. 21. de Ira L. 1. C. 5. & C. ult.* Grot. *de J. B. & P. L. 2. C. 20. §. 13.* Perill. Thomaf. *all. C. 7. §. 40. 41. 45.* Beyer *all. C. 31. §. 1. 11. 17. & sqq.* De necessitate pœnarum in civili societate vid. Perill. Coccej. *Posit. XIII. ibique Cramer.* Grot. *all. C. 20.* Puff. *de J. N. L. 8. C. 3.* Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 3. C. 7. & in fundam. J. N. L. 3. C. 7.* Kestn. *J. N. C. 12. §. 8.* Budd. *P. 2. C. 3. §. 1.* Qui E. sub pœna tenetur observare præcepta, is, si non observat, delinquit & meretur pœnam, pœnæ enim conditio hæc est, si non servaverit præcepta: homo autem tenetur ad præcepta naturæ, dummodo instructus sit potentiis ad id necessariis, sc. *intellectu*, quo, quod interdicitur intelligere, & *voluntate*, qua actionibus suis imperare, easque dirigere, & legem dicere possit: Imò tenetur homo ad pœnam, etsi facultates istas duas non adhibeat, dum illi nihil deficit, quod necessum est ad observationem legis, Perill. Coccej. *Collat.*

Collat. jurid. 3. §. 5. Beyer *all. tr. præc. C. 2. §. 4. §. ipso tr. C. 2.*
 §. 1. *§. sqq.*

§. VIII. His E. præmissis homicidium dolosum (vid. L. *Homicidii*
51. pr. ad L. Aquil. L. 5. §. 1. ad L. Cornel. de Sicar. Brodtman de dolosi poena
homicidio rixoso §. 1.) jure N. morte vindicandum esse patet jure N. est

1. EX FINE POENÆ REPARATORIÆ & quidem ex *capitalis,*
 regula juris N. ne quid mali fiat inter homines, & nulla in- *1. Ex fine*
 justitia injuriave existat, & si quod malum factum, id tolla- *poenæ re-*
 tur, & societas humana sancta & pura servetur ab omni la- *paratoria.*
 be. Puff. *de J. N. L. 3. C. 1. §. 1. 2.* Deus enim concessit homini jus
 in res & actiones SUAS, non ALTERIUS, quodcumque E. ho-
 mini concessum non est, si id agat, agit injuste, & egreditur li-
 mites naturæ. Omnis enim justitia consistit in alieni absti-
 nentia, uti docet ejus definitio in *pr. J. de J. §. J.* & præcepta
 generalissima in *§. 3. cod. add. Corn. Nepos in Alcib. C. 1. pr.* Cum
 vero omnis creatura absoluto Dei subjacet imperio, omni du-
 bio caret, Creatorem eo ipso quo agendi libertatem non de-
 dit, abstinendi necessitatem imposuisse, quo circa, si illud oc-
 cupatur, quod non est concessum, contra Dei prohibitionem
 agitur, & injuria committitur, quam dum sanctissimum &
 justissimum severissime prohibet Numen, necessario est repa-
 randa, dum injuria est permanens, Perill. Coccej. *disp. de S. S.*
J. Tal. §. 6. Frustra enim aliàs esset præceptum, ne alter læda-
 tur, sed ubi de facto quis læsus fuerit, damnum ipsi gratis sit
 devorandum, & qui læsit, fructu suæ injuriæ securè & citra
 refusionem gaudere queat, sicque lucrum caperet ex delicto,
 vid. Puff. *all. C. 1. §. 2. Grotius all. C. 20. §. 22. Heidegg. all.*
Vol. 1. Ex. 2. §. 11. 12. Frustra E. præceptum esset, ne quis læ-
 datur, nisi etiam obligatio à parte lædentis oriretur ad da-
 mnum restituendum, Gundl. *P. 3. C. 2. §. 49. C. 9. §. 28. Budd.*
all. P. 2. C. 4. Sect. 4. §. 3. Beyer in præcogn. C. 7. §. 21. §. C. 15. §. 45.
§. ipso tr. C. 15. §. 4. Quatenus E. damnum, cum potest, non re-
 paratur, durat injuria; eaque durante & tremenda Dei vin-
 dicta, in cujus jura sacrilego ausu irruitur; Deo ergo non
 prius satis fit, quam factum in pristinum statum reducatur,
 Perill. Coccej. *Posit. VII. ibique Cramer, Jam verò dum homici-*
da secundum justitiam suam cuique non tribuit, & alteri vi-
 G tam

sam aufsert, & internecione hominis Deum T. O. M. creaturâ suâ privat rationali, remp. cive, familiam membro Guil. Grot; de princ. J. N. C. 9. §. 3. Berringer. all. disp. de Gratia seu Jure ag grat. C. 3. memb. 1. Sect. 2. §. 11. Joh. Preiswerck disp. de jure ag grat. C. 3. §. 2. Cz. Pr. Or. P. 1. q. 1. n. 3. Brodtman all. disp. de homicidio rixoso §. 9. Heidegg. Vol. 1. Ex. 19. §. 23. licet nullum jus ad auferendam vitam possideat, maximè, cum hominem homini insidiari nefas sit, L. 3. de J. & J. L. 4. ad L. Aquil. Grot. de J. B. § P. L. 1. C. 2. §. 3. utique tenetur, Tros Rutulusve fua, restituere id quod ablatum est, conf. Grot. L. 2. C. 10. §. 1. & C. 17. §. 1. Puff. de J. N. all. l. & d. O. H. & C. L. 1. C. 6. §. 2. Engelbrecht. disp. de jure poen. in homicid. dol. C. 1. §. 1. Cum autem occisor idem quod ablatum est, nempe vitam restituere nequeat, sequitur quod ad tantundem obligetur, arg. L. 71. §. 3. d. Leg. 1. L. 26. §. f. eod. L. 8. pr. ff. de condit. firt. Omnis enim injuria data debet æstimari, æstimatio autem est mensura rei æstimatæ, quæ ejus valorem metitur, Perill. Coccej. disp. de S. §. 7. Tal. §. 13. sic ut mensura & mensuratum ratione ejus, quod in mensuram cadit, unum idemque, & æstimatio loco ipsius rei sit arg. L. 39. ff. de usufr. L. 33. ff. de pecul. hinc poena eleganter dicitur in L. 41. de poen. delicti æstimatio. Omnis E. delinquens tantum pati debet, quantum fecit, & tantum restituere quantum abstulit, si E. ablatum extet, illud ex regula juris N. SUUM CUIQUE TRIBUE, restituendum est, Cl. Budd. all. C. 4. Sect. 4. §. 5. si verò non exstet, deveniendum est ad æstimationem pecuniariam, si res ablata æstimari illâ possit, sin minus, uti ob gravitatem delicti aut inopiam delinquentis, (secundum illud vulgatum, qui non habet in ære, luat in pelle, arg. L. 7. §. 3. de jurisd. & L. f. d. in jus voc) æstimatio fit aliis rebus præter pecuniam arg. L. 1. pr. de contrah. emt. quæ sui momento, licet alio mali genere, æquant vel pensant delicti gravitatem. Hinc cum in homicidio ablatum, ut dixi, non potest restitui, tantundem, ut OPTIME & PLENISSIME in eodem subjecto potest, restituendum venit: dixi PLENISSIME, nunquam enim poena reparatoria inferior debet esse & potest delicto, ex supra dictis poss. pr. b. §. add. Perill. Coc-

Coccej. *all. disp. de S. S. J. Tal. §. 28.* dixi OPTIME, hinc nec pecuniaria poena aestimari potest, nihil enim corporei cum vita hominis comparari potest, vita enim est res intellectualis, intellectus autem non recipit pretium, quia nulla ejus cum corpore est proportio, adeoque nec aestimatio, quo spectat *L. 3. ff. si quadr. paup. L. ult. de his qui dej. liberum corpus non recipere aestimationem.* Restat E, ut tantum auferatur, quantum ablatum est, anima danda pro anima, Exc. Kestn. *J. N. C. 12. §. 3.* etsi illa alteri reddi nequeat, nihilominus homicida tantundem pati debet. Hoc enim, quod jus in integrum restitui & laeso reddi nequeat, non liberat delinquentem, sed injuria debet tolli in eodem subjecto vel mali genere, etsi non omne jus redintegretur, vid. Perill. Coccej. *all. disp. passim*; aliàs enim esset melioris conditionis homicida, quam alius delinquens, uti fur, qui ad idem vel tantundem restituendum tenetur, Imò cum homicida alterum vitali aera privat, idem & in se animadvertendum esse vult, ex regula, quod tibi non vis fieri alteri ne feceris, & quod quis juris in alterum probat, in se improbare nequit, *t. t. quod quis jur.*

Neque enim lex aequior ulla est,

Quam necis artifices arte perire sua,

add. *Matth. 7. vs. 1. Luc. 6. vs. 30. Jacob. 2. vs. 13. Proverb. 21. vs. 13. Matth. 26. vs. 52. Apocal. 13. vs. 10.* Jus autem hoc, quo quis pati debet, quod fecit, Talio dicitur, vid. *LL. 12. tab. apud Gell. N. A. L. 20. C. 1.* Perill. Coccej. *all. disp. de S. S. J. Tal. §. 6.* aliàs Rhadamantheum à fabula de Theseu, quam refert Seneca in *Hercule furente Act. 3. vs. 730. & sqq.* Perill. Coccej. *all. disp. §. 38.* vocatur etiam poena Neoptolomei *all. disp. §. 7.* add. omnino *Joh. Dan. Heinrichi de homicidio dolofo supra jus aggrat. posit. th. 4 §. 6. qui th. 4. plane diverso ex fundamento, nempe socialitate hanc poenam deducit.*

§. IX. Homicida jure N. mortem subeundam esse elu- 2. *Ex sine*
cescit 2. EX FINE POENÆ EMENDATORIÆ, qui sem. poenæ e-
per intenditur, ut reliqui cives emendentur, & quasi affecu- mendato-
rentur, se tutos fore ab isto crimine & periculo, vid. *supra §. 12.*

VII. Cujus enim tanta est malitia, ut occidere homines dolo

malo non vereatur, ab illo ceteris nunquam satis cautum erit, ni vita eundem exturbent. Gundl. P. 3. C. 2. §. 25. Puff. de J. N. L. §. C. 3. §. 26. Heidegg. Vol. 1. Ex. 19. §. 20. Sive enim poenam pecuniariam, sive aliam corporalem, ut fustigationem, relegationem, carcerem consideres, nulla poena sufficit, ut reliqui securi reddantur. Non pecuniaria, sic enim dives genus humanum everteret; non fustigatio & relegatio, solum enim mutare quidem cogitur, attamen & alibi homines invenit, sicque eadem via incederet, qui enim semel malus, in eodem genere semper praesumitur malus, arg. L. 7. §. 3. de accusat. L. 5. §. 6. de re milit. L. 12. C. de suscept. Nov. 22. pr. C. 5. Capit. 8. de R. J. in 6. Conf. Cr. Car. V. Art. 25. 31. 37. 43. 44. add. late Casp. Henr. Hornii tract. Semel malus semper malus t. C. 2. & qui semel deliquit, tanto facilius continuare censetur. Roman. Conf. 167. n. 7 sq. licet emendationem promiserit, Cephal. 1. conf. 84. n. 34. Menoch. 1. conf. 31. n. 24. vid. Exc. Lyncker Resp. 30. §. 20. Nec carcer reliquos tutos efficit, mille enim viae evadendi ex eo, tam vi quam precibus, tam pretio quam arte, tam Marte, quam corruptione, super sunt, Perruptis E. carceris vinculis gratiave facti adepti, facile ad iter redit consuevit, scit enim, licet aeternae custodiam tradatur, vitam ut praemium reportaturum: Praeterea carcer ad continendos homines non adpuniendos (saltem regulariter) haberi debet, ut verè dicitur in L. 8. §. 9. ff. de poen. hinc quoque captis confestim poena est irroganda L. 6. §. 1. 2. C. de custod. reor. Ideoque carcer tantum ut poena per accidens consideratur, quod gravis se. detentio illa sit ob squalorem, L. 2. pr. C. eod. Et ob passionem liberi hominis ut ei mala mansio habeatur L. 7. pr. depos. ob eandem quoque rationes in L. 3. in f. C. de custod. reor. carcer dicitur poena, ut & in Ord. Crim. Car. V. art. 157. Lyncker Resp. 31. n. 7. nihilominus tamen hoc casta poena delicto non est adaequata & reparatoria. Imò cum tanta sit obstinatorum hominum malicia, ut saepe ob injurias levissimas, omni salute tam temporali quam aeternam posthabitam omnibus diris se devoteant, & ad atra Plutonis atria se detrudant, modo proximum è vita sustulerint, & scopum suum consecuti fuerint; nonne fenestra promiscuis hominibus

diis

diis aperiretur, & brevi genus humanum ad incitas redigeretur, si delictum hoc natura capitale non esset? add. *all. disp. Heinrici ib. 7.* Nihil enim perniciosius humano generi impunitate, *cum illius spes sit maxima peccandi illecebra*, ut inquit Cicer. *pro Milon.* Godofr. Berringer *all. disp. de Gratia seu jure aggr. C. 3. membr. 1. Sect. 1. §. 6.* add. *C. 35. X. de sentent. excomm.* Joh. Preiswerck *disp. de jure aggrat. C. 2. §. 1.* Finis E. poenae emendatoriae non aliud hic admittit supplicium, quam ut homicida ex catastrophe viventium tollatur, cum seipsum indignum reddidit societate, dum quantum in se est, illam evertit & tollit, vulnus E. hoc immedicabile

Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.

Nec quicquam sententiae nostrae, quod finis sc. poenae emendatoriae, nempe assicuratio reliquorum, mortem homicidae efflagitet, officit, quod, licet furtis immineat laqueus, nihilominus illa sint vulgaria, & sic hac quoque in parte civibus non satis cautum sit, nam Resp. civibus sat cautum est, sciunt enim ablata si existent, ipsis restituenda esse, vel tantundem, sed vita ipsis semel erepta refarciri nunquam potest, & furem praeterea tam gravis poena exspectat. Imo telum retorqueo, cum Jus N. furta morte non plectat, sed jus civile, & nihilominus tam frequentia sint, prohi quam cito evanuisent homines, nisi Jus N. homicidio poenam capitalem statuisset. Nec huc applicari potest, quod jus meum metu tuo non tollatur, *Grot. de J. B. & P. L. 2. C. 2. §. 13. n. 4. & C. 22. §. 5.* homicida enim non habet jus postulandi, ut vita ipsi facta tecta que servetur, dum moraliter mortuus jam est, & spiritu communi se indignum reddidit, ablatumque restituere tenetur, E. quod vivit, vivit per injuriam. Imo metus iste est justus, dum quis in eodem mali genere semper malus praesumitur *per supra dicta.*

§. X. 3. Probatur thesis nostra EX ALLEGATO CAL. 3. *Ex con-*
 NI EXEMPO. Postquam enim Cainus, perditorum ille *Scientia*
 Coryphaeus, quasi vulgarium taderet scelerum, palmarium *Caini.*
 commississet, & Abelem fratrem (primum ab invidia facinus)
 in agro seductum interemisset, à Deo in jus vocatus est, ubi
 ille

ille sceleris convictus in hæc erumpit verba: *Cum vagus sim & infestus agitationibus in terra si ullus fuerit, qui me inveniat, interficiet me, Gen. 4. vs. 14.* Quæro E. an ex conscientia vel hypocriti ductus Cainus hæc verba pronuntiaverit? Non ex hypocriti, etenim Deum scrutatorem cordis & Omniscium in celando delicto ipse cognoverat, & Ipsius aspectum, ut Judicis contemplabatur severi, hinc non affirmarem, Cainum tanta duritiei, (cùm convicti sceleris pœnam expectaret,) & malitiæ cordis caligine suffusum fuisse, ut Deum blanditiis ad mitiorem pœnam infligendam inducere voluisset: Restat E. ut conscientiaë stimulis agitatus, pœnam mortis sibi JURE subeundam esse, confessus fuerit. Dixi JURE, ignotum enim ipsi esse non poterat, homini privato in alterius corpus & vitam nullum jus competere, qua ratione E. unumquemque se interfectorum esse cognovit, nisi quod injuria data OPTIME & PLENISSIME restituenda esset, ut iniquitas tolleretur, & Deo satisfaceret; & quod cùm moraliter vel civiliter mortuus esset, naturaliter JURE potuisset occidi. Cainus E. hominibus nondum in civitatem collectis, conditisque LL. civilibus, neque jam revelata lege divina, QUI EFFUNDIT SANGUINEM HOMINIS, PER HOMINEM SANGUIS ILLIUS EFFUNDITOR, cui legi firmissima & gravissima additur ratio, QUONIAM AD IMAGINEM SUAM HOMINEM FECIT DEUS. *Gen. 9. vs. 6,* ab ipsa natura nocitiam hujus pœnæ accepit, nempe ex propria conscientia. Etenim illa oritur ex facto Creatoris cordibus hominum inscripto, sc. ex convenientia vel disconvenientia actionis cum lege, & delicti cum pœna, vid. *Sett. I. §. III.* add. Auctor *disp. sub præf. Cl. Joh. Eberh. Schwelingii de principiis actionum humanarum §. 35.*

Et ex facto Dei. Itaque Cainus non tantum sibi ab omnibus hominibus metuebat, & hanc legem restitutionis damni dati persuasam illis fixamque credebat, sed & Ipsi Deo necessarium visum est, ut, ne homines hanc pœnam, uti tenebantur, in Cainum exsequerentur, peculiari signo & statuta septupli pœna eam caveret, averteret & prohiberet. Deus autem absque causa Cainum hoc signo non notavit, neque absque illa justam & necess.

Et ex facto
Dei.



necessariam ejus eadem septupli poena prohibuit, (dum nihil facit frustra,) quae profecto nulla alia fuit, quam quod homines jure suo ipsis injuncto non deberent uti. Etenim si caedes Caini vel illicita fuisset, non opus fuisset, ut Deus tam gravem poenam cum ea conjunxisset, vel si licita sed non necessaria itidem hoc signum fuisset superfluum, genus enim humanum tunc temporis existens, ni poenam hanc reparationemque injustitiae necessitas imposuisset, Cainum mortis supplicio non affecisset, 1. Neque Adamus, tam ob naturalem erga liberos affectum, quam, ne jam amisso filio, Caino morte violenta extincto, genus humanum eradicaret, dum ipsi nativitas Sethi adhuc latebat. Neque 2. uxor forte Caini, utpote ejus soror, tam ob teneerrimum affectum, utpote ex uno semine nati erant, quam ob propagationem mundi, addo, ne Venus ipsi ignota esset, quid? quod & vires ipsi, Caino resistente, deficiebant. 3. Neque propria postea Caini suscepta soboles, ob reverentiam & amorem, quibus liberi originis & existentiae suae auctores prosequuntur. Itaque dicendum est, aut Deum aliquando sine causa & sic non summe sapienter aliquid fecisse, aut humano generi competiisse jus, illique necessitatem incubuisse interficiendi Cainum, prius falsum & horrendum dictum, ergo verum posterius. Jus autem hoc ex solo jure N. ortum tunc temporis trahebat, cum nulla aliae leges praeter illas existarent. Sed nonne Cainus haec verba protulit à pavoribus malae conscientiae, non à dictatu rationis naturalis? ut putat Heidegg. *all. Vol. 1. Ex. §. 36.* ex ratione quod Cainus sciret, nemini privato ququam licere occidere. Sed Resp. Mala quidem perpetrati sceleris torquebatur conscientia, sed ea, quae illum, ut in has erumperet voces, adegit, non erat mala, cum ut ipse Heidegg. *int. all. §.* inquit, *naturalis lex noxae parem poenam esse vult.* Et licet non privato sed Deo & magistratui competat vindicta, nihilominus Caini argumentatio ut vera procedit, modo verba illa, *Quisquis me inveniet, occidet me.* intellexerit de eo, cui potestas judicium exequendi ab humano genere data fuisset, quod & ipse exprimit Heidegg. *all. Vol. 1. Ex. 19. §. 19.* Homi-

in icidio E. pœnam capitalem vel talionem jure N. dictatam esse firmo stat talo, sic ut ipsemet infernus huic sententiæ subscripsisse videatur, ut patet ex responsione oraculi Apollinis Delphici datâ legatis Sybaritarum, qui in templo innocentem quendam occiderant citharædum, referente Æliano *L. 3. Var. hist. C. 43.* De jure civili vid. *Cz. Pr. Cr. P. 1. q. 2. Vocatus ad J. de his qui sui vel alieni juris. §. 2.* De Ægyptiis aliisque populis vid. *Nicolai de Synedr. Ægypt. Leg. 5. p. m. 82. & sqq. add. Perill. Coccej. disp. de S. S. J. T. §. 37. 39. 40.*

*Resolvitur
all. objectio
de fratricidio
Caini.*

§. XI. Ex dictis E. illi qui juris N. immutabilitatem negant, inferunt, Deum illud mutasse, cùm fratricidam Cainum morte non affecerit, sed Resp. Deus hunc casum ab æterno excepit, seu, ut clarius loquar, voluit, ut sub lege **TANTUM PATIENDUM QUANTUM FACTUM, ET RESTITUENDUM QUANTUM ABLATUM,** nec non sub lege, **HOMICIDAM MORTE ESSE MULCTANDUM,** non contineatur, sed decrevit Cainum alio pœnæ genere afficere. Nec hoc repugnat **SANCTITATI VEL JUSTITIÆ DIVINÆ,** quippe cùm jus N. constituat **VOLUNTAS DIVINA, NON IPSA SANCTITAS AIT JUSTITIA.** *Perill. Coccej. disp. de Princ. J. N. P. 2. Sect. 1. obs. 9. n. 3.* licet voluntas sit sanctissima & justissima. Ubi E. illud jus Deus obtinere non voluit, & ubi casum quendam noluit comprehendere sub generali lege mortis pœnam dictante, ibi non potest dici quod mutata sit Ejus voluntas seu lex illa, ideoque cùm Deus noluerit, Cainum morte violenta plectere, hæc quoque voluntas Dei est sancta & justa. Exc. *Kestn. J. N. C. 1. §. 14.* *Heinrici all. disp. de homicid. dol. supra jus aggrat. posit. th. 11.* Non autem voluit Deus ut Cainus statim mortem subiret violentam, expresse enim prohibuit: nihil autem fit in tempore, nisi quod ab æterno à Deo decretum. Quas autem ob causas Deus, ut legislator, eadem ejus prohibuerit, nimis curiosum esset investigare, cùm sacra Scriptura eas non tradat, hinc

Ad secreta poli curas extendere noli.

Videri poterit *Heinrici all. disp. th. 11. p. 25.* Dixi **VOLUNTATEM DIVINAM CONSTITUERE JUS N. NON IPSAM SAN-**

SANCTITATEM AUT JUSTITIAM, hoc est, voluntas
 Ipsi nos obligat, non sanctitas aut iustitia, Perill. Thomaf.
fund. J. N. L. 1. C. 6. §. 10. Obligamur enim ob imperium crea-
 toris in creaturas, *Señ. II. §. IX.* non per se ob sanctitatem &
 iustitiam, aut naturam Dei, ut vult Stryk. *ad Laut. de J. §. J. p.*
§. verbo natura (nisi voluntatem per naturam intelligas) quippe
 illæ virtutes tribuunt imperium, ut à superiore profectum.
 vid. Puff. *de J. N. L. 1. C. 6. §. 11.* Kestn. *J. N. C. 12. §. 5.* absque
 imperio autem nulla lex est, *supra Señ. II. §. X.* Imò ex sancti-
 tate & iustitia sine voluntate Dei nequeunt omnia jura Na-
 turalia deduci, uti venandi, piscandi &c. quis enim ex illis de-
 monstrare audeat & potest, cui jura ista competant, bene ta-
 men ex Dei voluntate, add. Auctor *all. disp. de causa oblig. Señ.*
2. §. 2. Cumberl. *de LL. N. C. 7. §. 7.*

Sed hanc nostram resolutionem Dn. Auctor disquisitionis
 hinc Bremæ non ita dudum propositæ, *De factis Caini ex prin-*
cipiis S prudentie naturalis §. 10. in not. pag. 12. in f. §. p. 13. non ad-
 mittit, inquit. *Alii ad voluntatem Dei recurrunt, & Creatorem*
cùm ab eterno decrevisset homines condere, eisdemque legem de homici-
dio capitaliter puniendo insculpere, in eterno statim isto decreto ab hac
lege excepisse Cainum. At hæc SIMPLICITER negamus. Sed SIM-
PPLICITER negasse non sufficit, SOLIDA opus fuisset de-
monstratione, maximè cùm pag. 12. in med. tam anxie in decre-
ti divini rationes inquirat, qua ratione Deus legem penam homi-
cidii determinantem, & in conscientia Caini promulgatam tollere potue-
rit, cui tamen mox satisfactum est. Pergit pag. 13. Regerunt
quidem hoc patere ex hoc Caini factò, sed, quod summa tamen cum mo-
destia dico, committunt circulum, petuntque id, quod erat in principio,
boni viri. Cujus tamen dicti ulteriorem desiderarem explica-
tionem & demonstrationem.

§. XII. Sed Idem Dn. Auctor objicit pag. 11. *Quod Deus Dilatavit*
Cainum morte non affecerit, esse manifestissimum documentum, quod pæ objectiones
na homicidii capitalis non sit juris N. & quidem ita procedit. 1. Le. penam ho-
ges divine universales sunt indispensabiles. (quod concedo, si per micidii do-
dispensationem intelligat post legem latam in tempore ab ea lofi non esse
remissionem, uti demonstratum supra Señ. II, §. VIII, circa pr. sic jure N. ca-
enim pitalem,

H

enim hoc involveret in Deo mutationem.) Jam ergo si pena capitalis homicidii pertinet ad leges universales (quod affirmo & demonstrevi) sequeretur quod Deus dispensasset circa legem indispensabilem, id est, sustulisset obligationem legis istius, quae fundatur in Eius sanctitate & iustitia, adeoque egisset contra seipsum, id quod est *adversum*. Sed Resp. nego consequentiam, Deus enim hoc ipso non dispensavit, sed hunc casum æque ab æterno noluit sub illa lege contineri, s. *præc. XI. circa pr.* quæ exceptio ab æterno à lege facta à dispensatione toto cælo differt, per tradita *Sett. II. §. VIII.* Itaque in verbis, *sustulisset obligationem legis* &c. neglexit Dn. Auctor distinctionem illam, quod sublatio legis duplex sit, in tempore, & ab æterno, posteriori autem modo Deus sustulit, nam ab æterno voluit, hunc casum sub illa obligatione non comprehendi, licet in tempore manifestaverit hanc suam voluntatem, sicque Dn. Auctor committit fallaciam compositionis & omissionis, dum non addit, IN TEMPORE respectu personarum revera obligatarum. Corruunt E, verba, quod non videat quid respondere queant contrarie sententiae propugnatores. Imò secum Ipso videtur pugnare, & nostram sententiam firmare in *sqq.* inquit. *Tantum erat Caini scelus ut se propter illud GRAVISSIMUM quodque MERUISSE supplicium dicente hoc CONSCIENTIA, agnovit, inter omnia vero supplicia acerbissimum plerique mortalium habere solent, (revera est) violentam vitæ ereptionem.* Fatetur E. Auctor, Cainum dicente conscientia, (intelligit sine dubio certam & veram ob verba *pag. 11. scio quod mille* &c. quæ est ex ipso Dei facto *Sett. I. §. III.* adeoque probat) supplicium gravissimum, hoc est violentam mortem meruisse. Sed meritum involvit IUS (vel exigendi respectu illius cui debetur, seu delinquentis, sic ut homicidæ non fiat injuria si occidatur, Auctor *pag. 12. lin. 28.*) & NECESSITATEM, respectu magistratus, tribuendi id quod debitum, *Puff. de J. N. L. I. C. 9. §. 21.* Magistratus enim ob voluntatem Dei jubentis ut injuria exacte & plenissime refarciatur, pœnam Ipsi & reipublicæ debet, seu obligatus est, ut pœnam inierat delinquenti. *Perill. Thomaf. Spr. D. L. 3. C. 7. §. 62. 63. add. in fund. J. N. L. I. C. 7. §. 16. & sqq. Gundl. P. 3. C. 35. §. 43.* si enim eo casu

casu quo sumi debebat, intermittatur, injuria fit societati & reipublicæ, quæ ista impunitate aut maligna pœnæ dispensatione turbatur. Schultz. *disp. Non mœchaberis th. 2. p. 21.* Cùm E. meritum involvat jus & necessitatem, sequitur quod Cainus morte violenta ut gravissimo supplicio, quod meruerat, affici debuerit, add. *supra §. X.* Auctor pag. 11. §. 10. de merito idem repetit, *sanctissimas*, inquires, *habeo causas, quare capitalem hanc quam MERUISTI pœnam, commuto in aliam.* Præterea *all. p. 11. §. 10.* Deum sic loquentem introducit. Scio quod mille mortes, si istas quidem obire posses, *NON SUFFICERENT delicti hujus gravitati*; eoque ipso agnoscit ad reparandam injuriam vel damnum hoc delicto datum *NON SUFFICERE* mortem delinquentis, hinc ita argumentor. Injuria vel damnum debet restitui, uti optime & plenissime potest, per §. VIII. *supra.* Atqui hoc in casu non potest melius & plenius restitui, quam sola morte homicidæ, per verba *non sufficerent* &c. junct. *all. §. 10.* E. sola morte homicidæ debet restitui, add. Perill. Coccej. *disp. de S. S. J. T. §. 21.* Pergit Dn. Auctor pag. 12. Pœnam homicidii capitalem esse jure N. non posse probari ex jure Talionis, dum inquit, *Nam aut intelligunt retaliationem rigidam aut laxiorem, si istam infinitis se exponant absurdis, si hanc nobis non adversantur.* Sed Resp. intelligo laxiorem, quæ tamen nihilominus vult, ut homicida dolosus morte puniatur, uti demonstravi *supra §. VIII. IX.*

2. Objicit pag. 13. *Omniùm pœnarum determinationem venire ex jure positivo, E. S. determinationem pœnæ capitalis in homicidio inde arcessendam esse,* Sed Resp. major quoad hanc pœnam sc. reparatorium falsa est, ut patet ex §. VIII. IX. X. *supra.* add. Perill. Coccej. *disp. de S. S. J. Tal. §. 29.* Dissentit Perill. Thomaf. *in fund. J. N. L. 1. C. 5. §. 33.* Imò licet omnes pœnæ determinatæ à Natura non sint, inde tamen non semper consequentia valet ad dispensationem pro lubitu. Quamvis enim principi relictum, per leges N. in plurimis delictis ex circumstantiis determinare pœnam delicto respondentem, non tamen inde competit ei jus mitigandi ultra proportionem, aut planè pœnam condonandi. Nunc autem cum jus N. gravitatem

tatem delicti indicet, ut supra demonstratum, pœnamque delicto proportionatam mandet, quantitatem pœnæ, pœnamque ipsam quoad substantialia determinet, licet quoad leves circumstantias, quæ ipsam substantiam & naturam pœnæ haud immutant, principi manus non liget, exinde sequitur, omnium pœnarum determinationem non esse arbitrariam nec humanam.

3. Objicit exemplum *Davidis viri qui ex mente Dei vixit*, hic enim 2. Sam. 14. in fratricidio Absolomi dispensasse, nec ideo, ut in aliis ejus peccatis factum scimus, à propheta correptus LEGITUR, Sed Resp. a) quæ consequentia? David ob hoc factum non reprehensus à propheta legitur, ergo non male egit, ac si Deus omnium delictorum necessariò eum per prophetam arguere debuisset. b) imò certò negari non potest Davidem non esse reprehensum, neque etiam omnia ipsius peccata sacro stylo sunt consignata; ad minimum, nullum valet argumentum à neglecta objurgatione divina per prophetam ad actus justitiam, Exc. & Consult. Mastricht in not. ad Moys. Amyr. disp. 3. pag. 139. Nec exemplum ejusdem pœnam Joabo debitam ob duces Abnerum 2. Sam. 3. vs. 27. & Amasam C. 20. vs. 10. perfidè interfectos non exigentis haud probat pœnam homicidii jure N. non esse capitalem. David enim pœnam statim non exegit, ne militia sua turbaretur, Joabi enim maxima auctoritas apud milites fuit, attamen filio Salomoni mandavit, ut pœnam de eo sumeret 1. Reg. 2. vs. 6. Et hoc est quod Stoici apud Grotium de J. B. & P. Lib. 2. C. 20. §. 23. dicunt, Parci sapiens, non ignoscit, suspendit pœnam, non tollit, non enim ignoscit, qui pœnam suspendit, parci quidem alicui, non statim ignoscit, add. all. disp. Henrici th. 8. Beyer C. 12. §. 68. in not. Porro Dn. Autor in §. 11. p. 12. agnoscit finem pœnæ emendatoriae sc. affecutionem reliquorum non posse obtineri nisi eade Caini, dum eum ita loquentem inducit. *Quid facilius erit, quàm ut me profugum & vagabundum alii, vel sibi à me timentes, vel Abelis mortem ulcisci cupientes, trucident.* Et ibidem §. 9. pag. 15. in not. lit. r. agnoscit quod posteri Adami pœnam vindicatoriam per verbum *ulcisci exercere potuerint: addo debuerunt, ut tollatur*

tur injuria, quæ tandiu manet, donec damnum refarcitur, quæ poena est juris N. & remitti nequit *supra* §. IX.

§. XIII. Ex dictis ergo manet & firmissimè inferitur, *Princeps PRINCIPEM NON HABERE IN HOMICIDIO non habet VERE DOLOSO JUS AGGRATIANDI*, seu prin- *in homici-*
cipis arbitrio non esse relictum, an velit homicidam illum *dio doloso*
(si queat, ad impossibilia enim nemo obligatur *L. 185. jus aggra-*
de R. J.) ad supplicium rapere, & morte afficere, an *tiandi,*
ex mera gratia, ut intercessione aliorum; meritis delin-
quentis &c. non ex causa justifica, salvâ ipsius conscientiâ,
vitam ipsi donare, & capitalem poenam in mitiorem vel nul-
lam commutare, sed necessariò tenetur mortis supplicio eum
afficere, licet possit in modo infligendi mortem variare. Ete-
nim cum hæc lex ex ipso jure naturali, à Dei voluntate &
jussu dependeat, cui nulla potestas, nullus princeps neque
magistratus derogare, auctoritatemque ejus infringere potest,
quippe cui omnes subjecti, & cujus respectu privati sunt, cu-
jus imperio nemo mortalium exemptus *sect. II. §. XI.* Dero-
gare enim legibus nemo potest, nisi qui habet imperium, qui
illas condidit, aut parem ipsi conditori potestatem tenet, jam
verò nulla potestas humana imperium exercet in Deum, nec
leges condidit, hinc quoque nec eas mutare vel abrogare,
iisque vigorem suum derogare potest *d. Sect. II. §. XII.* Perill.
Coccej. *d. disp. de S. S. J. T. §. 3.* Rösler *disp. de jure summorum im-*
perant, in vit. civ. §. II. add. *tota all. disp. Henrici de homicid. do-*
loso &c. Hinc inquit Josephus *in not. à Grot. Lib. 2. C. 20. §. 23.*
adductus: Parricidium & naturam & vitam humanam violat, ita, ut qui id non puniat, & ipse in naturam peccet, add.
Stryck ad Lauterb. *de J. & J. pag. 5. verb. poenam imponit in f.*
Lauterb. *disp. de jure aggr. th. 8. & sqq.* Stryk. ad Laut. *tit. de di-*
vers. temp. præscr. pag. 616. verb. blasphemie: Præterea quod Deus
Cainum morte non affecerit, principibus jus aggratiandi non
tribuit, dum processus & velut formula tribunalis divini in
multis partibus diversam à tribunalibus humanis indolem ob-
tinet. Puff. *de J. N. L. §. C. 3. §. 2.* Heidegg. *Vol. 1. all. Ex. 19. §.*
20. Cujusque E. conscientia relictum esto, tradentis princ-
ipem

pem in hoc casu gratiam exercere posse, vid. omnino Schrö-
 ter. *disp. de patrocinio homicidarum, prefat.* maxime cum hæc lex
 N. de occidendo homicida jure divino, vid. Engelbrecht *disp.*
de jure pœnar. C. 1 §. 2. sit confirmata, ut *Deuteron. 19. vs. 11. 12. 13.*
& Numer. 35. vs. 20. 21. 31. 33. vid. *Cel. Joh. Conr. Kefleri orat.*
de homicid. max. involunt. pœnis. p. 13. Cz. quest. 150. n. 31. Rhod.
disp. de incestu contra natur. C. 5. §. 3. add. *Sande decis. fris. L. 5. t. 9.*
def. 1. Leyser *disp. de injusta in homicid. indulg. §. 6. § 29. usque ad fin.*
 Hanc autem legem non esse politicam & ad solos Judæos spe-
 ctantem apertè probant rationes à Deo additæ; uti, tolles rea-
 tum sanguinis innocui; ut bene tibi sit. Occisor est. Non contaminabis
 terram. Pro ea terra non potest fieri expiatio, nisi morte effundenbis.
 Rationes autem istæ non solum quadrant in Judæos, sed & in
 reliquas gentes, & in nos Christianos; ubi E. eadem legis
 ratio universalis, & ex principiis juris N. desumpta, ibi & e-
 jusdem legis observatio obtinet. Exc. Gundling. *P. 3. C. 25.*
§. 35. Cl. Budd. P. 2. C. 4. Sect. 4. §. 21. Indequè Cl. Buddeus
Instit. Theol. mor. P. 2. C. 14. §. 18, principibus recte denegat jus
 dispensandi, vid. Perill. Coccej. *disp. de S. S. J. T. §. 31.* & *disp.*
de jure victor. diverso à jure belli §. 3. Puff. *de J. N. L. 8. C. 3. §. 26.*
pr. Lauterb. Coll. Pr. ad L. Corn. de Sicar. §. 14. Berring. *all. disp.*
de Gratia C. 3. memb. 1. Sect. 2. §. 8. & Preiswerck *all. disp. de jure*
aggrat. C. 3. §. 1. 2. add. Engelbr. *all. disp. de jure pœnar. C. 3. §. 9.*
 Dissentit Perill. Thomaf. *disp. de jure aggrat. principis Evang. in*
caus. homicidii, qui C. 2, annitur probare principi competere jus
aggratiantii, etiam in causa homicidii. Adstipulatur ei Cl.
 Theod. Paulus *in tr. de veris juris §. Jpr. princip. P. 2. q. 18. p. 125.*
in f. §. sqq. §. quest. 26. quorum argumenta brevitatibus causa
 præterite cogor, videri interim poterit Cl. Heinrichi tota *disp.*
de homicidio doloso supra jus agoratiandi posito.

Obj. III. §. XIV. Objicitur immutabilitati juris N. III. CON-
 Cubina- CUBINATUS ABRAHAM, DAVIDIS, SALOMONIS &
 tus patrum aliorum, qui juri N. repugnat; attamen à Deo fuit permis-
 sus: illum autem jure N. prohibitum esse, Perill. Coccej. *disp.*
de coniug. in æq. pers. illustr. §. 36. ut clarius pateat, notandum
 Modus propagandi Quòd, cum vita hominis, ad quam conservandam ille obli-

ga-

gatur, morti & interitui sit obnoxia, Deus ei concesserit fa-
cultatem propagandi genus humanum, ut ad immortalitatem manum u-
perveniret. Nov. 22. pr. Perill. Coccej. disp. de regio partu incerto nitatem
prol. §. 1. Sam. van Laher disp. de unitate patris ac filii. C. 2. th. 3. carnis in-
Cl. Bodinus disp. de divort. conjug. propter delict. th. 1. Beyer delin. ducit.

Juris D. N. Sc. C. 26. §. 10. Cum E. omnia interitui obnoxia sint,
apparet ex Dei facto, quod debeat esse modus aliquis quo ge-
nus humanum propagaretur, ita ut ex conjunctione illa pro-
veniat SEMEN DEI, vid. Malach. 2. vs. 15. h. e. homo Deo simi-
lis; & imagine Ejus præditus, qui esset gloria Dei Heideg. Vol.
1. Ex. 1. §. 7. vid. Aristot. de G. A. L. 7. C. 1. Seneca in Hippol. vs.
466. §. sqq. Puff. de J. N. L. 6. C. 1. §. 2. Supra Sect. III. §. V. Hinc
est quod Deus utrique sexui vehementes admodum & fla-
grantissimos indiderit affectus ad cohabitandum, omnes alias
propensiones animi longe superantes, Moyf. Amyrald. disq. 2.
p. 69. Perill. Thomaf. Spr. D. L. 3. C. 2. §. 21. 28. Ideoque illa
naturalis facultas hominibus indita commixtis corporibus se
propagandi ultro innuit, voluntatem creatoris esse, ut hanc
potentiam in actum deducant. Perill. Thomaf. all. C. 2. §. 24.
ut conservationi generis humani operam dent, Cl. Budd. P. 2.
C. 4. Sect. 10. §. 4. alias frustranea esset potentia cohabitandi,
semen in corporibus ad procreandos posteros latens effectu
careret, vid. Puff. de J. N. L. 6. C. 1. §. 2. 3. Præterea Deus uni
sexui solum facultatem procreandi non concessit Aristot. L. 1.
polit. C. 2. vid. supra Sect. III. §. II. sed voluit ut mas & foemina
in actu generationis concurrant, all. §. II. & unitatem carnis
inducant. Requiritur E. modus propagandi jure N. qui uni-
tatem carnis coitu introductam, sanctam & incorruptam ser-
vet, qui nullus alius est, quam unius viri & mulieris conjunctio in-

diffolubilis & equalis, que societas conjugalit dicitur matrimonium. Hinc socie-

§. XV. Cum E. Deus voluerit, ut mas & foemina in iplo
coitu unum fiant, seque in liberis in uniant, ut unam tantum
personam constituent, in quam substantiam suam æquè de-
rivarunt & transfulerunt, Moyf. Amyr. all. p. 96. aperte inde
elucet, 1. hanc societatem debere esse indissolubilem, Bodin.
disp. de divort. conjug. propt. delict. th. 2. ita ut mutuo consensu vel
pacto

pacto non possit tolli. Bodin. *all. disp. th. 7.* Cl. Titius *disp. de polygam. incest. & adult. jure N. prohib. C. 3. §. 2.* Etenim omnes sanatione utentes noscunt, hanc unitatem carnis factio Dei esse constitutam, dum Deus voluit, ut vir & uxor in unam carnem coagulentur, quod ipso facto conjunctionis evenit, add. Titius *all. C. 3. §. 4. & sqq.* Cum E. unitas carnis non ex arbitrio conjugum, sed ex natura conjunctionis factioque Dei oriatur, siccine conjuges mutuo consensu voluntatem Dei precipientem, unitatem carnis tollere, factumque infectum reddere possunt, ut putat Budd. *ph. pr. P. 2. C. 4. Sect. 10. §. 2?* Minime, Heid. *Vol. 2. Ex. 6. §. 5.* aliàs homo arbiter voluntatis divinæ constitueretur, cum tamen eam nemo labefactare possit: supra *Sect. II. §. X.* Accedit, quod, si nuptias semel contractas dissolvere possent, dissolutio illa verteretur in præjudicium liberorum. Illis enim à natura jus quæsitum est in parentum bona. vid. Perill. Coccej. *posit. X. ibique Cramer*, quod incertum redditur per dissolutionem, & ratio inter parentes & liberos est perpetua ob perpetuam causam, sc. generationem, ideoque eorum arbitrio non est subiecta, dum est vinculum naturale. Dissentit Perill. Thomaf. *spr. D. L. 3. C. 2. §. 115 - 137.* & indissolubilitatem ex jure N. deduci posse (ut & Beyer *delin. J. D. N. Esc. C. 26. §. 41.* Stryk. *disp. de Obligat. sponsalior. & dissolut. C. 1. §. 8.*) negat, sed pace Viri Cl. dictum velim, solidis destituitur argumentis, & ipse concedit, gradu perfectionis longe perfectius esse illud matrimonium, quod fit ad dies vitæ. §. 121. *& in fund. J. N. L. 3. C. 2. §. 17.* Indissolubilitatem matrimonii agnoscit Cl. Gundling *Via ad verit. P. 3. C. 25. §. 11.* nec non Puffend. *de O. H. & C. L. 2. C. 2. §. 6.* dicendo, *Natura tam arctæ conjunctionis ostendit, matrimonium debere esse perpetuum*, add. Gundl. *all. P. 3. C. 27. §. 3.* Huber *digress. J. C. L. 2. Sect. 1. C. 4.* Heidegg. *Vol. 1. Ex. 1. §. 12.*

2. Requiritur ut sit equalis.

§. XVI. Porro ex natura conjugii seu unitate carnis fuit 2. communicatio omnium jurium naturalium, sic ut uxor iisdem polleat, quibus maritus gaudet juribus. Conjugium enim suâ naturâ est æquale, estis disparis conditionis contraxerint personæ, Mas enim & scemina dum concumbendo

bendo sunt una caro, induunt naturam unius totius, sicque omnia jura N. sunt ipsis communia; unitas enim carnis non admittit ut jura dividantur, dum contradictio est, unum esse, arcumen divisionem recipere, & unum aliquod eodem respectu separatis & contrariis gaudere juribus. Cum E. jus N. participationem & æqualitatem omnium jurium inter maritum & uxorem requirat, sequitur quod quoque dignitates in privatorum nuptiis debeant esse communes. Licet enim in statu illo primævo, quo omnes homines æquales nascuntur, & imperium penes universum genus humanum indivisum fuit, dignitates exulent, sicque sint ex jure positivo, nihilominus introductis dignitatibus, cum mariti conditio cum mulieris debeat esse æqualis, mulier participat de illis, iisdemque fruitur. Hinc nata illa lex universalis, per totius orbis terrarum politias ferè obtinens. Quod sc. qualis est conditio mariti respectu aliorum virorum, talis etiam sit conditio uxoris respectu aliarum fœmiliarum. Hoc optime agnovit jus Romanum in §. 1. J. de patr. potest. L. 1. ff. de R. N. vid. Harprecht. ad all. §. 1. J. n. 41. Lauterb. Coll. Pr. tit. de R. N. §. 36. Vinn. ad all. §. 1. J. n. 1. Huber. obs. J. H. C. 10, n. 2. Exc. Noode. 2. prob. 9. add. L. 19. pr. de Jurisd. L. 9. C. de incol. L. 13. C. de dignit. L. 65. ff. de judic. L. 8. de senat. Nov. 22. C. 36. L. 10. L. 28. L. f. C. de nupt. Nov. 105. C. 2. L. 22. §. 1. ad municip. L. 6. C. de prof. & med. L. 1. C. de in jus voc. L. 1. §. 3. 9. L. 2. ff. de injur. quæ omnia all. LL. contenta ex unitate carnis fluunt, vid. all. disp. inaug. viri Magnif. Lubert. Formanoir de nupt. §. 67. add. Laut. Coll. Pr. de R. N. §. 87. & sq. Borcholt. ad J. de nupt. §. 1. n. 12. & sqq. Harprecht all. l. n. 42. & sqq. & n. 73. & sqq. Vinn. all. l. n. 4. Perill. Coccej. disp. de L. Morgan. Sect. 2. §. 1. 2. & disp. de conjug. per son. illustr. §. 1.

§. XVII. Ex dictis E. solidissimè inferitur, Deum talem *Concubinæ* tantum voluisse genus humanum propagandi modum, qui *ius E. juri* unitatem carnis per coitum introducit, & societatem indissolubilem & æqualem constituit, Jam verò nulla alia societas *gnat.* conjugalis est indissolubilis & æqualis omnesque effectus & requirita secundum jus N. continet, quam illa, quam nos *ma-*
trime-

trimonium dicimus, Heid. Vol. 1. Ex. 1. §. 39. Et hinc OMNIS COITUS extra matrimonium jure N. est illicitus. Cl. Bodin. disp. de divort. coni. propt. delict. tb. 1. Hæc enim duo requisita essentialia in OMNI ALIO coitu deficiunt, eoque ipso sunt illiciti, dum essentia constituit naturam rei. Hinc facile elucet, concubinatum, utpote qui est facile & utriusque consensu dissolubilis Perill. Thomaf. disp. de concubin. §. 14. & sine affectione maritali, vel ut in all. disp. §. 3. lit. 9. dicitur, absque communicatione dignitatis maritalis, id est inæqualis, jure N. esse prohibitum, maxime dum concubina non est uxor legitima, sic ut Puff. de J. N. L. 6. C. 1. §. 13. recte dicat, concubinas à meretricibus gradu tantum differre, add. Perill. Coccej. all. disp. de L. Morganat. Sect. 4. §. 3. & seqq. Harprecht all. l. n. 48 & seqq. Bruckner decis. jur. matrim. C. 13. n. 13. Heidegg. Vol. 1. Ex. 1. §. 12 alterutra enim pars retinet sua jura, quibus altera non gaudet, quemadmodum nec liberi habent jus succedendi patri all. disp. de concub. §. 14. quia parentes omnium jurium mutuo non participarunt, adeoque nec illud jus ad liberos transferre potuerunt, vid. Perillustr. Coccej. in Lett. ad Grot. L. 2. C. 5. §. 9. n. 1. add. Ejusd. disp. de L. Morganat. Sect. 5. §. 7. & disp. de conjug. inæq. pers. illustr. §. 5. Concubinatum defendit Perill. Thomaf. all. disp. de concubin. & in Jpr. D. L. 3. C. 2. §. 168. & seqq. ex jure N. non posse impugnari censet. Ejus partes sustinet Marcus Paulus Antoninus in consut. dubior. contra concubin. & Cardinalis Gabriel Palæotus tr. de nothiis & spurriis C. 11. n. 36. Sed eum illicitum asserunt Cl. Breithaupt & Jägerus ad all. disp. de concubin. Joh. Gottl. Stolze in quest. An concub. sit tolerabilior polygam. pag. 9 & seqq. Schultz disp. non mee hab. tb. 9. p. 51. & Sam. Chr. Teuber. in disquisit. epistol. qua improbatu sententia de licito concubin. &c.

Resolvitur
obj. de concubinatu
Patrum,

§. XVIII. Quid E. respondebimus, cum Abrahamus pellicem alere non erubuerit, & res hæc eo majoris sit momenti, quia conjunctio Abrahami & Hagaris typum exhibuit eorum rerum, quæ ad religionem pertinent. Accedit exemplum Davidis & Salomonis, qui pellicum ingentem aluerunt numerum. Sed salva res est, nam Resp. 1. non judicandum est exemplis, sed legibus, L. 13. C. de sent. & interlocut. & non
eun-

etandum quo itur, sed quo eundem, multitudo enim peccatum non facit jus, nec veritas rerum erroribus gestarum vitatur *L. 6. §. 1. de off. pras.* 2. Etsi concubinatus in Abrahamo fuerit toleratus, non tamen inde sequitur, illum peccatum non commississe, cum nondum probata sit voluntas Dei præcipiens: & quod Deus illud fieri permiserit, non infert moralitatem aut justitiam ejus actus, prouti nec omne illud quod permittitur & in foro soli poena non coercetur, statim justum dicendum est. Peccavit E. Sara superinductionem illam suadendo, & Abrahamus obsequendo, vid. *Heid. hist. Parr. Vol. 2. Ex. 6. §. 1. 2. 5. 6.* Dissent. *Diecman in vindic. L. monog. §. 5. Osiander ad Grot. de J. B. § P. L. 2. C. 5. 3.* Quod typum, quem ista conjunctio exhibere debuit, attinet, is rem in se non efficit justam; Materia enim typi, quæ in se vitium habet, & quæ in pravo consistit actu, ab homine, qui est illius auctor proficiscitur, sed ductus illi lineæque, in quibus aliqua rerum futurarum, adeoque tempore revelandarum umbra cernitur, ex directione divinæ providentiæ proficiscuntur, quæ ita homines sua sunt consilia sequi, ut tamen sibi auctoritatem servet integram moderandi actiones eorum. 4. Davidem & Salomonem quod attinet, hi eo magis culpandi sunt, quod radiis divinæ sapientiæ magnopere illustrati fuerint; imò ipso Abrahamo longius sunt transgressi limites N hæc enim sine dubio clarius docet, non licere se addicere aliquot centenis pellicibus, ultra legitimam uxorem, quam quod non liceat vel uni soli se dare concubinæ. vid. *Moyl. Amyr. de jure N. quod connub. dirigit disq. 3. p. 128.*

§. XIX. Obj. IV. POLYGAMIA JACOBI, DAVIDIS, IV. Obj. SALOMONIS, ET TOTIUS POPULI ISRAELITICI, in polygamia quo Deus eam permittit, cum tamen juri N. adversetur. Et enim matrimonium est societas conjugalis, quæ marem & femina in unam carnem conglutinat. *Sect. III. §. II. § XIV.* sic ut etiam unitas carnis inducatur ex OMNI COITU. *Genes. 2. vl. 24. Amos. 2. vl. 4. Matth. 19. vl. 5.* (excepto incestu) ob dicta §. II. XVII. licet non sit legitima unitas. exemplum erit in scortatione & vaga Venere, ubi mas & femina sunt una caro,

Que repu- caro, POLYGAMIAM E. PROHIBITAM ESSE patet ex
gnat juri sequentibus.

N. 1. quia
tollitur u-
nitas car-
nis super-
inducendo
aliam.

I. Conjugium semel initum induxit unitatem carnis, il-
la tollitur ob copulam cum alia vel alio, hinc prima unitas
carnis definit, nec manet matrimonium, sublato eo conju-
ges non sunt conjuges, sed licet parti innocenti naturaliter ab
altera recedere, quæ est causa cur adulterium (sive vir acce-
dat ad alterius conjugem, sive fœmina prolem adulterinam
familie inserat, Joh. Balth. Wernherus *disp. de potest. princ. circa*
nov. nupt. malitioso desert. statim post sentent. conced. §. 9. utrumque
enim est contra jus N. Heid. *Vol. 2. Ex. 20. Sect. 2. §. 4.*) natura-
liter vinculum nuptiarum solvat, magis quam idololatria,
quia nimirum potest aliquis esse idololatra, attamen uxoris
sue caro, scorti autem & uxoris sue caro simul esse nemo
potest, vid. *Can. 8. §. quia vero d. divorc.* Nisi enim eo actu vincu-
lum illud unitatis rumperetur, is qui eum perpatrat, eodem
tempore foret una caro cum ea persona, cum qua per nup-
tias junctus est, & cum ea cum qua adulterium committit.
Naturæ autem adversatur & contradictio est, ut ipse cum
duabus unum sit, cum duo ista subjecta adeo à se invicem di-
stincta sint, ut unita sibi esse plane non possint. Arnif. *de jure*
conub. C. 5. Sect. 7. Hinc E. argumentor, ADULTERIUM EST
CONTRA JUS N. POLYGAMIA EST ADULTERIUM,
E. EST CONTRA JUS N. Major ex dictis patet, & quod
Christus *Matth. 5. vs. 3. & Cap. 19. vs. 9.* adulterium legitimam
causam abruptendi conjugii non solum usum sed & VIN-
CULUM assermet, & parti innocenti, tam marito, Bodinus
all. disp. de divorc. conj. Ec. th. II. quam uxori, dissent. Bodin,
all. th. II. §. 14. (nisi voluntate ejus coalescat Wernherus *all.*
disp. §. 31.) potestatem recedendi concedat, add. Perill. *Tho-*
mas. fund. J. N. L. 3. C. 2. §. 27. Dixi quod adulterium tollat
VINCULUM, & quidem IPSO JURE Beust. *de matrim. P. 7.*
C. 21. Arnif. *all. C. 5. §. 6.* Exc. Lyncker *Resp. 46. n. 1.* Luther.
in libell. de caus. matr. Amel. Bellarm. enerv. T. 3. L. 7. C. 2. & L.
§. de cons. C. 38. Rittersh. *P. 2. ex pos. Nov. C. 9. n. 4.* Wesenb.
in parat. ff. de divorc. §. repud. n. f. Belsold. Cons. Tab. P. 2. Cons. 55.

NO. VI

amagrosq

antidil

antidil

antidil

antidil

antidil

antidil

antidil

n. 30

n. 3. *SP. 2. C. 118. n. 541.* Beza de repud. *§ divort. p. m. 15? § sqq.*
Cz. Pr. Cr. P. 2. q. 63. Schultz. *ab. disp. th. 16. p. 66.* Wernher.
all. §. 9. § 7. Dissent. Sanchez *L. 10. disp. 2. n. 2.* sed seipsum re-
 fucat *seq. disp. 4. n. 3.* Jam vero polygamiam adulterium esse, *Polygamus*
 est quod magno opere controvertitur, ast salva res est. *Con-*
 siderando enim OMNEM COITUM inducere unitatem car- *adulterium*
 nis, quisque fateri cogitur, quod vir, superinducendo aliam *committit.*
 priori uxorem, caro prioris desinat, & vinculum illud inju-
 ste tollat, dum non potest esse cum pluribus una caro. Qui
 enim sunt una caro, tunc una esse desinunt, cum altera pars
 cum tertia quapiam, sive volente sive invita carne unum a-
 liquod fit, quæ non est utriusque illius communis. Uxorem
 autem suam superinductam priori, certum est fieri unam car-
 nem cum marito duntaxat, non autem cum priore uxore,
 ex quo efficitur, ejusmodi maritum dum fit una caro cum su-
 perinducta, desinere unam carnem esse cum priore. Aut
 posito sed non concessio, si non desinat, certe in duas veluti
 partes discerni, ut neutra totum habeat, sed tantum dimi-
 dium, quid E. tandem efficeretur, si quis plures etiam uxo-
 res quam duas haberet, quotam ille sui partem primæ uxori
 relinqueret? Omnis E. conjugalitatis officii præstatio cum poste-
 riori, adulterium cum priori infert, & tot sunt continuata
 adulteria quot congressus, vid. Brun. *J. E. L. 2. C. 16. §. 27.*
 Stryk *ad Lauterb. de R. N. ad pag. 443. in f.* quo maxima LL. na-
 turalium nascitur confusio & destructio. Præterea nulla ra-
 tio est differentiar, quare polygamus non desinat caro prio-
 ris uxoris, quemadmodum is, qui cum scorto vel meretrice
 vel alia quavis muliere, licet invitâ concumbit, maxime dum
 in adultero deficit animus individuar vitæ cum scorto &c.
 qui tamen cernitur in polygamo, ideoque polygamia naturâ
 suâ magis repugnat matrimonio quam adulterium, vid. Beza
de polygam. p. 25. Hoc ipsum confirmat Christus *Matth. 5. vs. 32.*
 Nec hic officit polygamum retinere priorem, nam si plures si-
 mul habere liceret, non mœcharetur sive adulterium com-
 mitteret quisquam, aliam ducendo, sive priorem repudiaret
 sive retineret. Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 3. C. 3. §. 89.* Sanchez
de matrim. L. 7. disp. 80. n. 10. §. XX.

II. Quia fi-
des data
frangitur.

§. XX. Ad matrimonium II. à natura requiritur consen-
sus, isque in naturam & essentiam indeque fluentes LL. ma-
trimonii. Essentia autem & matrimonii natura est, ut fiant
una caro, supra §. II. XIX. quæ unitas est indissolubilis, §. XV.
XIX. Consentiant E. unumquemque unitatem illam servaturam
esse; si enim consentirent, quod cuique liceret unita-
tem carnis tollere, conjugium statim esset illicitum, & con-
tra naturam ejus. Cl. Picius *all. disp. de polyg. Esc. C. 1. §. 44.* Cl.
Bodin. *all. disp. th. 5.* dum forma juris publici, multo minus na-
turalis, pactis privatorum non potest tolli, *L. 27. de pact. & in
illicita pacta non cadit obligatio: L. 6. C. de pact.* Puff. *de J. N.*
L. 3. C. 7. §. 6. Schultz *disp. non mæchab. th. 6. p. 37.* Consensus
E. iste reciprocos est ipsa fides conjugalis, quâ utraq; pars
promittit, se unitatem carnis servaturam esse. Vir E. qui
priori superinducit aliam uxorem violat fidem datam, dum
uxor naturaliter habet corpus mariti in sua potestate, quod ha-
bere nullo modo potest, cum plures superinducantur uxores.
Heid. *Vol. 1. Ex. 7. §. 3.* add. §. 6. *Esqq.* Jam verò religiosissim-
um juris N. præceptum est, ut quilibet FIDEM DATAM
SERVET, teste Puff. *de J. N. L. 3. C. 4. §. 2.* & Perill. Thomaf.
Jpr. D. L. 2. C. 7. §. 1. add. *L. 1. de pact. L. 1. de const. pecun. sic quo-
que Cic. 1. de off. inquit, omnis justitiæ fundamentum est fides.* Qui
E. fidem violat, juris N. præceptum infringit, quod facit po-
lygamus. Hinc Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 3. C. 2. §. 100.* sen-
tentia quod fides reciproca ad matrimonium jure N. non requiratur,
corrumpit, & doctrina in §. 214. locum obtinet, add. *fund. de J. N.*
L. 3. C. 3. §. 31. Budd. *pb. pr. P. 2. C. 4. Sect. 10. §. 8.* Puff. *de J. N.*
L. 6. C. 1. §. 27. Elem. *Jpr. un. L. 2. obs. 4. §. 27.* *Es L. 1. def. 13. §. 8.*

Præterea adhuc argumenta ex prima conjugii institutio-
ne deducta à Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. 3. C. 3. §. 76. Esqq.* *Es
in disp. de crimine bigam. §. 42. 43. 44.* (quam tamen sententiam
destruit in *fund. J. N. L. 3. C. 2. §. 34. C. 3. §. 42.* interim tamen
ipse in *Jpr. D. L. 1. C. 2. §. 61.* dicit prohibitionem polygamie ex lege
positiva in statu integritatis jam obtinuisse) & à Beza de *polyg. p. 20.*
Vinnio ad §. 1. *J. d. patr. potest. n. 2.* Harpr. *all. l. n. 31. Esqq.*
Schneidw. ad *J. de nupt. P. 2. n. 5. Esqq.* Laut. *colh. Pr. tit. de R.*

N. 3.

N. §. 37. Schultz, *all. disp. th. 6. p. 36.* Heid, *Vol. 1. Ex. 1. §. 12.*
 Diecman *Vind. L. monog. §. 7. § sqq.* Frid. Wolpman, *disp. de*
insula Pine pag. 15. Magnif. Formanoir *all. disp. de nupt. §. 12.* Da-
 vid Stavinski *disp. de conjug. illeg. indulg. princ. conf. C. 2. §. 2. § 4.*
 Silentii populo involvo alia quam plurima argumenta apud Be-
 zam *all. tr. p. 17.* § *alleg. auctores*, add. Moyf. Amyr. *disj. 3. pag.*
129. § sqq. ibique Cl. Dn. Mastricht, qui disputationis de po-
 lygamia ortum & progressum exponit, vid. Heid, *Vol. 1. Ex. 1.*
§. 9. § 100. Cl. Titius *all. disp. C. 1. §. 14. § sqq. §. 23. 27.* Meyer
in ux. Chr. diff. 1. Sect. 1. C. 1. §. 2. § Sect. 2. C. 2. §. 2. n. 19. & Vinn,
all. l. Dissentientium argumenta refutantur uti Hoppii ad §. 6.
J. de nupt. & aliorum apud Bezam p. 4. § sqq. Harpr. *all. l. n.*
3. § sqq. Wolpman *all. disp. p. 23.* add. Dialog. Casp. Barlæi *de*
polygam. & Titius *all. disp. C. 1. §. 34. usque ad fin.* Quid Romani
 senserint de polygamia vid. Perill. Thomas, *all. disp. de crim. bi-*
gam. §. 46.

§. XXI. Siccine E. Jus N. mutationem recepit, dum *Resolvitur*
 Deus toleravit polygamiam patriarcharum, Davidis, Salomo- *objectio de*
 nis & in populo Judaico permisit. Sed Resp. Deus permisit *polygamia.*
 & toleravit quidem illam, sed non approbavit vel iussit, per-
 missio autem & tolerantia nullum jus tribuunt, sic Deus non
 erat obstrictus, ut prohiberet, licet potuisset, ne Adamus
 fructu arboris vesceretur, ideoque factum illud permisit, add.
 supra responsio ad concubinatum §. XVIII. Neque Deus ob-
 strictus erat lege speciali polygamiam inter Judæos prohibe-
 re, cum ipsis tam ex ipsa primæva matrimonii institutione
 quam natura prohibitio esset cognita; *Jura enim naturalia non*
scripta omnibus scriptis certiora sunt; Senec. *Controv. 1.* Deus E. in
 pollicita Israelitarum ad polygamiam quasi connivere pro sua
 clementia voluit, ea ratione, qua libellum permisit divortii,
 (quem tamen nunquam simpliciter probavit;) etsi autem
 Deus hoc toleravit, non tamen sequitur, nullum in polyga-
 mia fuisse peccatum, in qua à jure N. aberaverint Patres.
 Beza *de polyg. p. 7.* Heid. *Vol. 2. Ex. 15. §. 13.* Dupliciter enim
 quid licitum est, 1. perfecte, plenè, Ethicè, internè, quæ
 licentia oritur ex facultate & jure personæ competente, 2-
 vel

vel imperfectè, minus plenè, politicè & externè, quæ licentia legi quidem repugnat, sed in foro humano non punitur. Perill. Thomaf. *Jpr. D. L. i. C. 1. §. 145. & disp. de concub. §. 1. lit. a.* Grot. de J. B. *§ P. L. 2. C. 20. §. 17. § L. 3. C. 4. §. 2. § C. 10. §. 1. n. 3.* Puff. de J. N. L. i. C. 7. §. 2. Beyer delin. J. D. N. *§ C. præ. C. 2. §. 29.* Gundl. *via ad verit. P. 3. C. 27. §. 18.* Rechenberg *disp. de norma LL. injust. §. 35.* Nicolai de Synedr. *ægypt. L. 17. §. 9. p. m. 243.* Theod. Paulus de *veris jur. § Jpr. princ. P. 2. q. 17. pag. 119.* Non enim omne quod licet honestum est L. 144. pr. de R. J. L. 42. d. R. N. Stryk. *ad Laut. de concub. Alb. Gentil. de nupt. L. i. C. 5.* Laut. *disp. de benef. compet. th. 15. 21. & Coll. Pr. tit. de concub. §. 2.* Sic quoque Cic. pro Balbo, Est aliquid, quod non oportet, etiamsi licet, quicquid vero non licet certe non oportet, at non, quicquid licet, id etiam honestum est, imò verò plerumque non oportet, vid. Borcholt ad J. de J. *§ J. pag. 9.* add. Gundl. *alt. P. 3. C. 12. §. 23.* Sufficit E. quod jus N. polygamiam prohibeat, cujus legis mutatio cum non appareat, & sit facti, hinc, ab allegante eam, erit probanda.

Conclusio.

§. XXII. Hæc itaque dicta L. B. pro ingenii judicii que, quod sentio quam sit exiguum, tenuitate & imbecillitate ut sufficiant & satisfaciant, est quod spero. Latissimus mihi quidem hinc inde, maximè circa IMMOLATIONEM ISAACI, MENDACIUM OBSTETRICUM ÆGYPTIARUM, FURTUM ISRAELITARUM, SCORTATIONEM HOSEÆ, ut ajunt, dicendi sese aperiret campus, nisi verendum esset, ut tritum illud mihi occineretur, NE QUID NIMIS, cum dissertatio hæcce præter cogitationem legitimos ferè jam excesserit terminos. Sed virium mearum optimè gnarus, cum homo sim, humani nihil à me alienum judico, ideoque si forsàn aliquando erroris nube involutus fuerim, & à recto veritatis tramite deflexerim, enixè rogo, ut erratum illud modestè & solidè mihi demonstretur, eo nomine me obstrictum, areque hoc alieno gravatum profiteor; hinc lubentissimè ad meliora solidioraque probantium castra transibo. Quod autem in arduis his gravissimisque questionibus non inani scribendi pruritu, sed veritatem indagandi amore & studio

studio ductus, dissentientium argumentorum pondera prolixius excusserim, sinistra, ut arbitror, nemo accipiet. Interim

*Gloria sit soli, quo cepimus auspice cursum
Et portum attingimus, vela regente DEO.*

COROLLARIA.

1. Mandatum de non immolando Isaaco non infert mutationem voluntatis Divinae.
2. Verba obstetricum *Ex. 1. vs. 19.* non sunt mendacium; ab illo falsiloquium differt.
3. Factum Israelitarum in auferendis bonis aegyptiorum non est furtum.
4. Scortatio est contra jus N. Praeceptum verò de scortando Prophetae Hoseae *Cap. 1. § 3.* datum, nunquam in actum deductum fuit.
5. Nuptiae inter fratres & sorores sunt indispensabiles, & contractae dissolvi possunt & debent.
6. Ex Diaboli politica desumptum est dogma, Omne quod utile licet.
7. Imperia à Deo mediante populo principibus sunt concessa. Non E. ad exequenda injusta tenetur populus. Non tamen ei competit potestas judicandi de actionibus principis nisi notorie injustis.
8. Servitus non est contra jus N. Non tamen domino competit jus vitae & necis.
9. Legatus delinquens à principe ad quem recte punitur.
10. Injusta est *L. 3. §. 5. ff. ad L. J. de Sicar. & damnanda formula juramenti in Nov. 8. tit. 3. pr.*
11. In obligatione dandi civili debitor rem habens praecise illam tradere non compellitur, contra *Laut. p. 50.* Et in obligatione nudi facti debitor ad interesse condemnatur.
12. Minor de jure Civ. potest esse procurator.
13. Judex in integrum potest restituere contra propriam sententiam.

K

14. Ex-




14. Exceptio divisionis non potest opponi post litem contestatam.
15. Actiones non possunt cedi post solutionem.
16. Emtor non potest expellere conductorem.
17. In lege Anastasiana residuum debitori relinquendum est.
18. In executione tutelæ proponendæ sunt causæ absque appellatione.
19. Antinomia est inter *L. 3. §. 6. junct. L. 8. de A. P.* & inter *L. 17. pr. de act. emt. vend. §. L. 93. §. 4. de Leg. 3. junct. L. 21. de instruct. vel instr. leg.* Non vero inter *L. 2. de usufr. junct. L. 25. de V. S.* nec inter *L. 27. §. 2. junct. L. ult. de pacr.* nec inter *L. 7. §. 5. de A. R. D. junct. §. 23. J. eod.* nec probant *d. L. 7. §. 23. æquitatem & jus strictum.*
20. Absurda est *L. 29. C. ad L. J. de adult. & lectio L. 40. inf. de hered. instit. L. 40. §. 1. de damno inf. §. f. J. de mpt. §. L. 68. junct. L. 70. de judic. §. L. 3. §. 3. de A. P.*
21. *L. 9. ff. ad L. Corn. de Sicar.* est fugitiva & pertinet ad *L. Aquil. & in L. 5. pr. ad L. Aquil. pro Cornelia,* legendum *Aquila* & in *L. 4. §. 13. de re milit. pro vel legendum verum,* & in *L. 101. de V. O. pro obligari, obligare,* & *L. 5. de usucap. pro qui eripit, leg. cui eripit,* & *L. 22. C. de negor. gest. pro pacto leg. facto.*

Errata.

Pag. 10. lin. 24. pro *coercitiones* leg. *coercitionem.* pag. 11. lin. 14. pro *omnino-*
da, leg. *omnimoda.* pag. 20. lin. 11. pro *perfectiorem,* leg. *perfectiorem.* pag. 25.
 lin. 32. pro *perfectissima* leg. *perfectissime.* lin. 33. pro *sacissima* que leg. *santissime-*
que. pag. 23. lin. 34. pro *XIII.* leg. *XI.* pag. 30. lin. 27. pro *§. VIII.* leg. *sect. I.*
 §. VII. pag. 45. lin. ult. pro *tandum* leg. *tantum.* pag. 61. lin. 18. pro *XI.* leg. *IX.*
 lin. 23. pro *XII.* leg. *X.* pag. 62. lin. 11. pro *contaminatis* leg. *contaminatis,* lin.
 12. pro *effundentis* leg. *effundentis,* pag. 72. lin. 2. pro *soro* leg. *soro,* reliqua *L. B.*
sondonabit.







Bremen, Diss., 1715-48

X 2344173


ULB Halle
006 389 791

3



W 18







7
Q. D. B. V.
IMMUTABILITATEM
JURIS NATURÆ,
Variarumque objectionum resolu-

tionem,
PRÆSIDE
VIRO
Nobilissimo, Consultissimo, & Celeberrimo
DOMINO
CASPARO à RHEDEN,

J. U. D. Eiusdemque Facultat. Pro-
fessore P.
Doctore atque Ductore studiorum suorum
Ad bustum cineresque
Venerando,
Eruditorum examini, placidaque disquisitioni
submittit
Responsurus Auctor
HENRICUS KULENKAMP,
Bremensis,
Ad diem Martis XX. April. An. M. DCC. XVII.
H. L. Q. S.

BREMÆ,
Typis HERMANNI BRAUERI, Illustr. Gymn. Typogr.



J. N. num. 7.

49

5

1717/2

D. 25.

